Digitized by Google

5. 5. 33

Digitized by Google

שער הטעמים
של אמ״ת

INTRODUCTIO
IN
ACCENTUATIONEM HEBRAEORUM METRICAM.

QUA

Vera Accentuum Conſecutio, Periodorum Ratio certa, Analyſiſque ad mentem Scriptorum Sacrorum accurata, traditur.

Cum Praefatione, in qua de

Auctoritate & Uſu Accentuum,

Operiſque Inſtituto agitur.

AUCTORE

PHILIPPO OUSEEL. M. D.

Et in Eccleſ. Reform. Germ. Lugd. Bat. V. D. M.



LUGDUNI BATAVORUM,

Apud SAMUELEM LUCHTMANS, 1714.

Digitized by Google

5.5.33

Digitized by Google

NOBILISSIMIS atque AMPLISSIMIS

CIVITATIS LUGDUNO BATAVÆ

CONSULIBUS

D. CAROLO CRUCIO. J. C.
h. t. PRAESIDI.

D. ABRAHAMO VAN ALPHEN. J. C.

D. ISBRANDO DE BYE. J. C.

D. JOHANNI VAN DEN BERGH. J. C.
& ex hac Foederata Rep. ad Res Brabantiae Flandriae & Hannoniae curandas Delegato Excellentiſſimo.

PATRIAE PATRIBUS ECCLESIAE NUTRITIIS

DOMINIS SUIS BENIGNISSIMIS.

GRATIAM ET PACEM.

PHILIPPUS OUSEEL.

Digitized by Google

D E D I C A T I O.

IN publicum prodeunti mihi non multum laborandum fuit, quos eligere deberem Patronos, quum ſtatim VOS VIRI NOB. ET AMPLISS. animo obverſaremini meo, quibus me meaque ſtudia, omnia debere ſentio & profiteor. Nam in urbe illa, quae Veſtris Conſiliis regitur, cum ſedem mihi conceſſerit providum Numen, merito ad Patriae me converto Patres, quos omni honore & obſequio proſequi pietas jubet; in primis cum eoſdem Eccleſiae Nutritios venerari liceat & colere, quorum Juſſu & Voluntate in munere Eccleſiaſtico conſtitutus, haec otia nactus ſum.

Jure

Digitized by Google

DEDICATIO.

Jure Veſtro hae ſtudiorum primitiae ad Vos accedunt, quae non tantum in hac Urbe enatae, ſed & ab eo tempore initium & incrementum coeperunt, quo publico muneri admotus fui. Tunc enim id mihi negotii datum eſſe credidi, ut & ipſe proficerem magis, profectuumque rationem probarem illis, quibus tanta deberem. Ad ſtudia igitur Sacrarum Litterarum cum animum denuo appellerem, ipſam Linguam Hebraeam mihi eſſe debere commendatiſſimam facile deprehendi, ſine cujus aliqua cognitione vix pedem promovere datur. Hoc autem minime ferendum exiſtimabam, ut Diſtinctionum notulae mihi eſſent ignotae amplius, qui eas vere ad ſenſum rectius intelligendum appoſitas eſſe ſuſpicabar. Nemo etenim neſcit ab Interpunctione ſaepiſſime pendere ſenſum, diverſamque ab ea oriri verborum ſententiam. Illam autem nimium neglectam diſtingu-

 endi

endi artem in uſum revocare, hoc opus, hic labor eſt. Dignitate & utilitate rei equidem allectus, difficultate tamen operis a coepto fere deſiſtere coactus fuiſſem, niſi divina benignitas coeptis favens, animum adverſus laborem obfirmaſſet. In uſum ergo privatum nonnulla annotare, dein annotata in ordinem redigere, tum in ordinem redacta cum aliis communicare, & demum recognita, nonnullorum benigno judicio excitatus, haec in lucem publicam proferre ſuſtinui. Hinc INTRODUCTIO IN ACCENTUATIONEM METRICAM HEBRAEORUM, tanquam primitiae laboris, enata apparet, quae fata & judicia expectans varia, Veſtrae Tutelae ſeſe committit, ut a Veſtris Nominibus huic operi maximus accedat ſplendor. Exiguum caeteroquin eſſe fateor quod Vobis offertur, ſive Auctorem, ſive ſcriptionis genus attendatis, neque ſatis dignum Summorum in Rep. Virorum Nominibus videtur.

Quod

Quod ſi vero ad animum offerentis, vel ipſam rem laboremque & ſtudium impenſum reſpicere quis velit, molis longe majoris muneribus vix cedet. Imo licet exiguum ſit, id tamen praeſtitimus, quod per vires licuit, & ſatis bene nobiſcum actum eſſe putabimus, ſi Vobis non diſplicuiſſe intelligamus hunc aliis inſerviendi conatum. Illud vero nos conſequi poſſe a Veſtro Favore & Benignitate confidimus, imo enixe rogamus, & cum debita expetimus obſervantia, ut ſerena fronte hoc accipiatis opus, Auctoremque Vobis habeatis commendatiſſimum, qui omni opera, cura, ſtudio id agit, ut beneficiorum acceptorum memor, grata mente & obſequio ſit nemini ſecundus. Principibus placuiſſe Viris dum laudi ducitur, illud mihi ſufficiet, ſi Vobis ſtudium meum placendi demonſtrare potero, nihil unquam facturus, quo ſequius de me ſentiendi

juſta

juſta oriatur ſuſpicio. Omni enim officio vel potius pietate erga Vos Veſtramque Remp. ſatisfaciens aliis, mihi ipſi nunquam ſatisfaciam. Caeterum Vota facere non deſinam, pro ſalute Reipublicae, Urbis, Senatus, Populique Lugdunenſis, ut ſalvi ſoſpiteſque perſtent omnes & ſinguli. Vos in primis, VIRI NOB. ET AMPL. ſervet ſupremum Numen ad Neſtoris annos, ut Patriae Conſilio, Urbi Regimine, Eccleſiae Tutelari Cura, Familiae Incremento, Litteris & Artibus Praeſidio, quam diutiſſime ſitis ſuperſtites. Lugd. Bat. Anno Ærae Vulgaris MDCCXIII. prid. Id. Decembris.

PRAE-

PRAEFATIO
AD
LECTOREM.

§ I. Quamvis extra omne dubium poſitum eſt, Sacram Scripturam Veteris Inſtrumenti, quam Judaeorum fides ad noſtram aetatem conſervavit diligenter, lingua & charactere hebraeo ad nos perveniſſe, variis punctis & apicibus inſtructam; non deeſſe tamen videmus, qui de ipſis litteris & punctis aeque ac de Accentibus, quibus codices noſtri ſunt inſigniti, in diverſa abeunt. Nonnulli enim de ipſis figuris, earumque antiquitate & uſu, licet de re, his ſignis expreſſa, conveniant, quaeſtionem movent, eaſque novitatis poſtulant, & vel nullius vel exigui ſaltem uſus eſſe arguunt; alii vero vel ipſis Auctoribus ſacris, vel Viris divinitus inſpiratis, adeoque Spiritui Sancto illas adſcribunt, & hinc maximi momenti eſſe ſtatuunt, & uſum praebere haud exiguum in interpretandis Scripturis defendunt. Utraque ſententia Auctores laudat, & argumentis pugnat, uti videtur non contemnendis, ut quid de re ipſa ſtatuendum, & tanquam magis veroſimile amplectendum ſit, nonnulli dubii & incerti haereant. Neque vero quaeſtio eſt de re minoris momenti, ſed quae circa ipſum Dei verbum verſatur, de qua nos omni modo certiores eſſe decet, ne quod alicujus ponderis eſſe poſſit negligamus, neve plus aequo humanis tribuamus inventis & additionibus, quae examen ſuſtinere nequeunt. Nihil ergo de hac re ſtatuendum eſſe videtur, niſi quod, diligenti diſquiſitione adhibita, verita-

Digitized by Google

tis nomine ſe maxime commendat, & rationibus recte ſubductis, aſſenſum noſtrum efflagitat.

§. 2. Praeſentis noſtri inſtituti non eſt, integram quaeſtionem ex profeſſo tractandam ſuſcipere, ſufficiet nobis quae de ACCENTUUM AUCTORITATE ET USU in mentem venerint annotaſſe, neque haec pluribus exequi integrum eſt, ſed praecipua tantum argumenta examini ſubjiciemus, quo de omni negotio plenius conſtet. Paucis quoque defungemur, indicaſſe contenti, quae ab utraque parte diſputatione ventilantur, quo magis Lectori integrum de hac re judicium maneat.

§. 3. Non ſine ingenii acumine & eruditionis apparatu, ſeculo elapſo haec quaeſtio de Antiquitate Accentuum Hebraeorum agitata eſt. Quum enim in Gallia, Anglia & Belgio, magni nominis Critici, Eliae Levitae aſſurgerent, qui ſeculo decimo ſexto floruit, & Puncta Vocalia dicta & Accentus Hebraeorum primus impugnare coepit; ſatis diu haec praevaluit apud eruditos opinio, quam omnium calculo, Capellus & Morinus, & poſt hos Waltonus, argumentis undique conquiſitis propugnare atque defendere validiſſime conati ſunt. Contrariam tueri ſententiam placuit Doctiſſimis Buxtorfiis Patri & Filio, qui in hebraico ſtudio principes habiti ſunt & adhuc habentur. Illud ſane non adeo mirum, de Accentibus in utramque partem diſputatum eſſe tunc temporis, cum ipſa Accentuum doctrina, inter Judaeos diutius deperdita, vim ſuam & uſum inter Chriſtianos probare non poſſet. De rebus ignotis definire, vel de obſcuris pronunciando nominis famam quaerere, ingeniique acumen oſtendere voluerunt, & aſſenſum meruerunt, horum apicum hoſtes, apud eos, qui Critices ſtudio litabant, vel ſaltem pro Criticis haberi vellent. Hinc multi, hac admiſſa de novitate punctorum & Ac-

Accentuum ſententia, innocuos illos apices negligere, imo contemptui habere, & ab omni ulteriori diſquiſitione abſtinere, & tutum & integrum ſibi eſſe exiſtimarunt.

§. 4. Non defuere tamen nonnulli, in Germania potiſſimum, qui ab altera parte operam ſuam ipſis Accentibus praeſtiterunt, & ſuperatis difficultatibus, immenſoque labore exantlato, nova plane luce hanc de Accentibus doctrinam perfuderunt. Bohlius primus fuit, qui de Accentibus quaedam tradidit, ſed morte immatura ereptus in primis initiis ſubſtitit. Decennio fere poſt prodiit Ledebuhrius, qui exiguae molis magni operis & ſtudii libello, cui *Catena Scripturae* titulum dedit, inceptum a Bohlio opus optime abſolvit & perfecit. Sed cum hoc ipſo Auctore, Accentuum doctrina parum profecit, donec Waſmuthum, Virum doctiſſimum & in hoc ſtudiorum genere exercitatiſſimum, fata nobis darent. Qui alia forma, eandem doctrinam, a Ledebuhrio deſumptam, & quod ad ipſas hypotheſes attinet, nihil fere immutatam, denuo proponere, & vindiciis contra Capellum & Waltonum editis, defendere ſuſcepit. Quo facto magnam ſibi nominis famam comparavit, ut ipſe quaſi reſtaurator & defenſor Accentuum plurimos ſectatores nanciſceretur, quorum nonnulli inventis addere, & magis magiſque perficere eandem doctrinam laborarunt. In Germania autem hoc ſtudium fere ſubſtitit, neque ad alias gentes pertingere potuit, quo caſu neſcio, jure ne an injuria non definio.

§ 5. Illud ex hac hiſtoria patet, Auctores illos, qui Accentibus maxime fuerunt infenſi, in illa incidiſſe tempora, quibus ſpiſſis eſſet obſepta tenebris Accentuum doctrina, ut ad interiorem horum apicum naturam & genuinum uſum agnoſcendum, non adeo facilis cuivis pateret aditus. Ut mirum non ſit, ſi ingenii vi plus tribuiſſe animadvertamus

 non-

Digitized by Google

nonnullos, quam ipſa rei natura accuratius poſtea cognita, permittere poſſe videtur. Accedit quod ad Waſmuthi vindicias & ſuſceptum Accentuum patrocinium, nemo ex adverſa parte reſponderit, ſed contemtu & ſilentio victoriam illi reliquerint haud dubiam, nec incertam.

§. 6. Non deſtiterunt tamen viri docti, quibus Capelli ſententia prima ſe commendavit fronte, qui occaſione data aſſenſum teſtati ſunt ſcriptis, alioſque in eandem ſententiam pertrahere laborarunt, licet ignotum ipſis eſſe non potuerit, quae Buxtorfius & alii regeſſerint. Liceat ergo nobis hac occaſione praecipua Capelli argumenta breviter perſtringere, ut quid ipſis inſit ponderis videamus, & quae veriora deprehendimus ſine ullius injuria proferamus.

§. 7. Primum Argumentum, quo cauſam Accentuum petit Capellus, a Judaeorum teſtimoniis eſt petitum, quorum auctoritatem, dum ſibi favere eos exiſtimat, magni facit, dum vero ipſi ſunt contrarii, mox elevat & contemnit. Minus tamen recte. Nam ſi Auctoritate & Teſtimonio in rebus facti aliquid ſit tribuendum, nullus video, qua ratione eoſdem teſtes jam laudibus extollere, jam fidem eorum elevare, vel in dubium vocare nobis liceat. Fide digni ſi ſunt Judaei teſtes, eorum teſtimonio ſtandum vel cadendum erit. Quod ſi vero praeter veritatem teſtimonium dicant, erroris ſunt convincendi, & fides ipſis eſt deneganda. Illud autem non niſi certis & omni exceptione majoribus argumentis erit demonſtrandum, quod num Capellus egerit videamus. Provocat equidem ille ut Accentus impugnet, ad teſtes duplicis generis, alios revera idem ſentientes, alios in diverſa abeuntes. Inter Judaeos, qui Novitatis arguunt Accentus, unicus eſt Elias Levita, qui revera, licet non in omnibus Capello ſuppar, originem

nem tamen Accentuum ad Tiberienſes Doctores refert, quos ſexto ſeculo floruiſſe Capellus aſſerit. Unico autem teſte nihil effici poſſe in re tanti momenti per ſe patet, neque alios laudare poteſt ipſe Capellus, quos enim praeterea producit, invitos eo trahi & in alia fuiſſe ſententia, Buxtorfius adductis verbis, & ſententiis collatis, extra omne poſuit dubium. Deſtitutus ergo eſt Capellus & qui ipſum ſequuntur Judaeorum expreſſo teſtimonio, ſi unum Eliam juniorem Grammaticum excipias. Imo in contraria plane ſententia ſunt Judaeorum Doctores omnes veteres & novi, quotcunque in omnibus terrarum partibus vixerunt, quorum ſcripta vel ſententiae ad nos pervenerunt, cujuſcunque Sectae, quodcunque ſtudiorum amplectantur genus. Thalmudici, Maſorethae, Cabbaliſtae ſeu Theologi, Grammatici & Critici, Commentatores, & ſi qui alii, in illa ſunt haereſi, Accentus eſſe divinae originis, ſummaeque Auctoritatis, priſcae Antiquitatis, & maximi uſus. Quos dum ſequimur, nihil a ratione alienum committimus, cum ipſi teſtimonium dicant non privatum, in re privata, ſed publicum, de re maximi momenti, quae inter illos ſolos viguit, cujus memoria inter ipſos fuit conſervata, & cujus auctoritas nunquam ab hac gente in dubium eſt vocata. Cui ſententiae & ſumma fidei myſteria inniti tradunt, ut ſacroſanctos ipſis haberi Accentuum apices ſignificent, & uno ore contendant.

§. 8. Teſtimonia expreſſa cum minus rem conficiant & probent, addit illis teſtimonia muta, quae ſunt, quod horum Accentuum mentio non fiat expreſſa in vetuſtiſſimis Thalmudicorum Cabbaliſtarumve ſcriptis, neque in Libris ſacris, quorum in Synagogis eſt uſus, hae notae appareant. Sed nec hoc ſtringit argumentum, cum ab ipſis Judaeis & Chriſtianis contrarium ſit oſtenſum, & lo-

ca ex Zohar & Thalmude ſint prolata & vindicata, quae ſatis rem ipſam declarent, quibus nihil reſpondet Capellus, quod firmum ſit & validum. Excipit equidem ſe rem inter & ſignum rei diſtinguere, de re ipſa interpretanda eſſe allata Hebraeorum teſtimonia, de ſignis rerum, id eſt de notulis Accentuum, ſe nolle haec verba accipere. Sed hoc effugium ſatis corruit, ſi obſervemus, vocem טעמים quae figuras ſeu ſigna rerum Hebraeis conſtanter denotat, in hac quaeſtione, in Thalmude adeſſe, & ab antiquiſſimis Thalmudis Interpretibus in hunc ſenſum ſumi, ut Accentuum deſignet apices & figuras, praeterquam quod Zohar expreſſe formarum meminit, ut nihil magis diſertum jure merito deſiderare poſſis.

Ad Codices Manuſcriptos quod attinet, illos quidem Accentibus deſtitutos aeque ac punctis, extra controverſiam eſt, ſed illud non accidit ideo, ut Capellus ſuggerit, quod plane novum ſint inventum hae notulae, neque ad litterarum ſanctitatem accedant; ſed plurimis aliis ex cauſis, inter quas, Judaeorum ſententia, haec eſt non minima, quod Accentus majori ſanctitate pollere ſtatuant, quam ut litteris ſubſcribi debeant ordinarie, ob metum ne librariorum vitio errores in punctatione & Accentuum poſitione commiſſi, integrum volumen Legis reddant profanum pollutumque magis, quam ut Synagogarum uſui inſervire poſſit. Superſtitione igitur potius ſi placet, abſtinent Judaei ab uſu Accentuum in codicibus ſacris, quam ut ullum inde his apicibus praejudicium creent. Quid quod Judaeorum nemo hanc Capelli conſequentiam unquam ſit admiſſurus, cum longe alia conſtanter tradant & defendant.

§. 9. Succedunt tertio loco Interpretes Veteres, qui Accentibus inſtructum codicem non ſequuntur ubique, id certo, ut credit Capellus, facturi, ſi Accentus adfuiſſent,

&

& de Auctoritate illorum ipſis conſtitiſſet. Sed & illud argumentum multis modis peccat, nec probat ſatis evidenter quod probandum erat. Nam ſaepius ſequuntur, aliquoties tamen ab interpunctione Accentuum abeunt, quid inde elicies? nonne potius ipſos illos interpretes aliquando Accentus ſequentes, habuiſſe Codicem punctatum ſtatuendum eſſet? vel nullone errori fuere obnoxii? imo ſtudio ſaepius ſenſum aliter paululum reddere voluerunt, neque Accentus & puncta, ſed vel ipſas litteras imo integras voces aliquando non curarunt, quis inde inferret, alio a noſtro codice illos fuiſſe uſos? Rem ſane tanti momenti tam imbecilli ariete ſubruere vel convellere, non licet.

§. 10. Quod ſi ergo non ſuccedat illud a teſtimoniis vel directis vel mutis & indirectis argumentum, ut probet Capellus cauſam, alia via ingredienda erit, & rationum momentis agendum eſt, ſi forte ſuccurrere poſſit & fulcire, quae ruinam minantur monumenta. Nam quae tam debili ſunt ſuperſtructa fundamento, illa aetatem non ferunt, aſſenſum utique ab homine a partium ſtudio libero minime extorquebunt. Ad rem ipſam ergo veniendum, & ex ipſo linguae hebraeae Auctorumque ſacrorum genio & ingenio deſpiciendum eſt, num Accentus linguae conveniant, & viros ſanctos poſſint habere Auctores, nec ne. Verum enim vero ſtatim cauſſam prodit Capellus, ſaltem robori argumentorum ſuorum non parum detrahit ipſe, dum confitetur: *Rem ipſam extitiſſe, quae Accentuum notulis vel apicibus hodie ſignificatur, antequam rei illius ſignum puta Silluc Soph Paſſuc eo loci adſcriberent.* Cur enim in innocua illa ſigna adeo iniquus eſſe vult, ut una litura omnia eſſe delenda facile ferat, & contra hos Apices eorumque Auctores & Antiquitatem inſurgat? Nihil ſane quod ab Hebraeorum lingua, quod a mente Scriptorum

rum alienum & novum eſt, ſed quod maximam antiquitatem ſapit & Spiritui Sancto maximopere convenit, his apiculis indicatum eſſe volumus.

§. 11. In alia autem abit Capellus hoc argumento: *Non additi Libris Graecis & Latinis Accentuum apiculi niſi a recentioribus grammaticis, quum coeperunt linguae iſtae obſoleſcere, in eorum gratiam, quibus minus erant familiares, aut vero plane ignotae, ſed qui earum diſcendarum ſtudio tenebantur; An ergo cenſebimus Moſen &c. ſingulis vocibus apiculum addidiſſe?* Hoc ipſi videtur a ratione alieniſſimum. Cauſſam hujus conſequentiae ſi quaeras, nihil addit, quin potius mox immemor quaſi aſſerti, ſolutionem hujus dubii ipſe affert: *Non eſſe priſcae hebraicae ſcripturae elegantiam & cultum aeſtimanda ex hodierna graece aut latine aut vernacule ſcribendi ratione atque conſuetudine. Ita ut, ſi jam in Graeca, Latina, aut etiam vernacula aliqua hodie lingua adhibentur inter ſcribendum varii apiculi non ita multum neceſſarii, aequum ſit etiam de prima illa Moſis aut Eſdrae tempore hebraice ſcribendi ratione idem affirmare.* Alia certe linguae Hebraeae ac Graecae Latinaeve eſt ratio, nec non antiquitate generis & gloria majorum, Hebraea una omnibus antecellit. Mirumne igitur vel a ratione alieniſſimum putandum eſt, ſi & perfectior ſcribendi ratio antiquiſſimis temporibus jam obtinuerit? cum & tempora Eſdrae & Moſis plurimis a ſe invicem diſtent ſeculis, ut quae olim vernacula eſſet lingua, illa poſt captivitatem Babylonicam in deſuetudinem abierit, ut vel ab hoc tempore fuerit neceſſarium magis, Accentibus & punctis additis, verum conſervare ſcripturae ſenſum. Neque vero probabile videtur, mille demum annis poſtea, junioribus Doctoribus hanc laudem & gloriam tribuendam eſſe, quam Eſdras & Viri Synagogae magnae

gnae ex conſtanti Judaeorum aſſenſu ſibi vindicant. Ut nihil ſaltem hinc probari poſſit ad ſententiam Capelli, de Maſorethis Tiberienſibus poſtthalmudicis, primis Accentuum inventoribus, ſtatuminandam, quod examen ſuſtinere queat. Ad Orientales ergo provocat linguas, Syram, Chaldaicam, Arabicam & alias, quas his apicibus deſtitutas deprehendimus. Id quod de antiquiſſima Chaldaica concedere nullo modo poſſumus, cum Danielis liber iiſdem apiculis ſit inſtructus; Syros autem Arabeſve omnibus apicibus & punctis carere a veritate eſt alienum, licet non tam accurate ut in Hebraea lingua, minimas diſtinctiones & ſubdiſtinctiones, Accentuum ope exprimere valeant. Perfectioni quippe haec debentur antiquiſſimae linguae, ad quam nec orientales dialecti, multo minus occidentales linguae, pertingere ulla ratione poſſunt. Cui addere licet, Hebraeam linguam diu deſiiſſe eſſe vernaculam, ante quam aliae linguae caput extollerent, vel aliquem perfectionis gradum aſſequerentur. Unde conſequentia, quam contra Accentus ex aliarum linguarum uſu format Capellus, majori jure in dubium vocari, imo negari potius, quam defendi deberet.

§. 12. Alio modo in hos apices inſurgit, & multitudinem figurarum certiſſimum novitatis vult eſſe indicium, cum ex ipſius placito, una omnino ſufficeret, ad Accentum deſignandum notula, imo dum liberaliſſime agit, varietatem concedit de pauculis, hoc eſt tribus vel quatuor Accentibus pauſantibus, ac tandem de Accentu Euphonico Metheg, & lineola Maccaph. Liberalior tamen eſt, quam cum liberaliſſime agit, dum ſcribit: *Pauſis ſignandis ſerviunt ut plurimum quinque vel ſex Accentus, Silluc, Athnach, Rhevia, Zakeph utrumque & Segolta. Reliqui undecim Reges minorem iſtis ac fere nullam habent diſtinguen-*

 di

di poteſtatem. Ad quem ultimum locum nonnulla notanda nobis ſunt, ut plane conſtet minus exercitatum fuiſſe hunc Criticum, in ordine Accentuum pauſantium, & numero illorum figendo. Nam omittit primo, Diſtinctivum ipſo Athnacho majorem, qui in Metricis occurrit, poſt Sillucum ſummum, Merca Mahpachatum: tum in proſaica interpunctione oblitus plane eſt τῦ Tiphcha, quo aliquoties in toto verſiculo poſt Sillucum non datur major: praeterea, Rhebia, qui ad Subdiſtinctivorum claſſem pertinet, τῷ Sakeph utrique praeponit: denique quomodo Paſchta nonnunquam ipſum Rhebia antecellat, plane ignoravit. Quid igitur de tali Viro ſtatuendum ſit, qui de rebus ſibi minime perſpectis, & de negotio, cujus prima principia ipſum fugiebant, judicium ſibi ſumſerit, omnibus ab omni partium ſtudio liberis & aequis judicibus lubentiſſime committimus. Jurene illum de multitudine Accentuum conquerentem audiemus, qui in illorum munere deſignando, quid eligat dubius haeret? Eadem ſane ratione litterarum multitudinem, quae Accentus fere aequat, pro novitate earundem adducere poſſemus, Graecorum antiquiſſimorum exemplo, qui ſedecim primitus a Cadmo acceperunt litteras, licet Moſes antiquiſſimus ſcriptor, viginti & duas adhibuerit. Nec unquam in mentem cuiquam venit, ad Maſorethas poſteriores, litterarum originem vel numerum referre, qua ergo id, de affectionibus literarum, punctis & Accentibus, probabilitate affirmandum eſt?

§ 13. Nec ſatis ſibi conſtare Capellum, dum de ignotis apicibus diſputat, illud arguit, quod, *Certe ut demus*, inquit, *Muſices notulas a Sacris Scriptoribus fuiſſe additas, id factum forte fuerit in ſolis Metricis Libris, idque non omnibus, ſed iis ſolum Canticis & Pſalmis quae in Templo cani debuerunt. At hiſtoricis etiam libris adſcri-*

ſcriptas eſſe a Sanctis illis viris, hoc vero mihi videtur dictu perabſurdum. Quod ſi enim de Muſicis notulis, quae Accentibus ex ipſius hypotheſi denotantur, illud concedat, in nonnullis ſaltem libris, ergo de Antiquitate & Auctoritate illarum notularum nullum eſſe poteſt dubium. Quomodo autem perabſurdum eſſe poteſt eoſdem apices variis uſibus inſerviiſſe: adeoque cum figurae Muſicae extiterint, confitente Capello, de reliquis idem probabilius multo aſſerendum erit, niſi diſtincte demonſtrare valeat, quinam apices his illiſve temporibus fuerint inventi, quibuſve uſibus inſervierint, & a quibus auctoribus adjecti. Quod ſi quis præſtiterit, teſtimoniis fide dignis inſtructus, is cauſſam Capelli plurimum juvabit, & probabiliorem ipſius reddet ſententiam, quod tamen a nemine noſtra nec majorum aetate tentatum eſt. Illud Capelli *forte* & illud *videtur,* ſine addita ratione nihil probat, tantum abeſt, ut convellat id, quod ſibi impugnandum ſumſerat, ut ſi ingenue dicendum ſit quod res eſt, non leve contra ipſum Auctorem præjudicium creet. Nam de rebus minus accurate cognitis dum judicium ferre quis ſuſtinet, vix aliter fieri poteſt, quam ut in abſona, incerta, dubia & contraria, ſaepiſſime incidat, id quod Capello uſu veniſſe, illud de Accentibus adjectum caput, ad oculum demonſtrat.

§. 14. Verum in innocuos dum invehitur praeter rationem apices, nec parcere poteſt ipſis Auctoribus: *An exiſtimabimus, ſanctiſſimos illos homines, eoſque ſimpliciſſimos, Moſen dico, Davidem &c. in minutiſſimis hiſce minutiis conſectandis atque annotandis, fuiſſe Graecis & Latinis Grammaticis longe ſtudioſiores & accuratiores.* Id egerrime ferre videtur, ſimpliciſſimos homines, Moſen Davidem & Prophetas, acutiſſimis Graecis & Latinis Grammaticis evadere accuratiores. Quo non delabitur humana ſapien-

 tia,

Digitized by Google

ria, & contradicendi ſtudium! Injuriam hanc, Moſi Davidi & caeteris Viris ſanctis illatam, quis aequo animo ferat, niſi in ipſos Auctores ſacros dicteria approbet. Minutias appellat has notulas, quoniam non magni momenti ipſi eſſe videntur, quorum uſum & rationem non aſſequutus eſt. Sed nobis religio eſt, quicquid ab ipſis ſanctiſſimis Viris originem ducit, contemptui habere, quoniam omnis minutiſſimarum rerum uſus & ratio nobis non patet, aliiſque manet incognitus. Circa Dei eloquia enim nos verſari memores, nihil exiguum in illis agnoſcimus, a quo non res maximae dependeant.

§. 15. Non vacat nec lubet, quae minoris ponderis argumenta profert Capellus, examini ſubjicere, cum & temporis ratio & paginarum anguſtia, & praeſens inſtitutum id non permittant, quin imo, quae nobis videatur certior ſententia enarrandum eſt, & cui uſui hi inſerviant apices, indicandum reſtat. Antiquitatem Accentuum itaque & divinam originem horum apicum cum Judaeis defendimus, & ad ipſos Auctores ſacros Spirituſque Sancti inſtinctum, litteras & puncta vocalia aeque ac Accentus Hebraeorum, quorum in codice V. T. uſus eſt, referimus. Neque hoc Capello ipſo invito facere licet; *Etenim*, inquit, *ſi quae ſunt rationes, quae aliqua cum veri ſpecie ſuadere nobis videantur punctorum antiquitatem, ea ſunt ejuſmodi, ut non tantum ab Eſdra, ſed ab ipſo Moſe antiquitatem illam repetant & concludant.* Ingenuam hanc confeſſionem Capelli lubentius amplectimur, eo quod veritatis radio perfuſus & convictus, licet praejudiciis cedere neſcius, talia proferre non dubitaverit. Neque omni veri ſpecie nos deſtitutos eſſe credimus, ubi adverſarios levioribus cedere ratiociniis videmus. Auctoritate igitur primo loco pugnamus, quam nec ipſi Accentuum hoſtes rejicere poſſunt.

Ju-

Digitized by Google

Judaeorum unanimem conſenſum, qui in hac cauſa judices ſunt optimi, vel ſaltem teſtes omni exceptione majores, non vana oſtentatione, ſed re ipſa compulſi & convicti, afferre integrum erit. Notum eſt de Accentibus effatum Rabbinorum הלכה למשה מסיני *Traditionem eſſe ab ipſo Moſe in Sinai acceptam*. Unde & Bechai in Legem p.m. 17. col. 2. ad locum Gen. v: 29. Sapientum placitum eſſe ait : שגם הטעמים שבתורה נתנו מסיני *Quod etiam Accentus qui in lege occurrunt ſint dati in monte Sinai.* Quae contra Eliam diſputant Judaei, videri poſſunt a Buxtorfio collecta in unum, illo *de Punctorum & Accentuum origine & Antiquitate* Tractatu, quo Lectorem remittimus.

§.16. Caeterum non Auctoritate ſolum, omni ratione deſtituti, hanc ſententiam amplectimur, licet vel his teſtibus fidem negare nemo poſſit, niſi iniquum ſe & moroſum quis praebere velit; ſed variis rationum momentis pro Auctoritate & Divinitate Accentuum pugnamus. Prima itaque ratio eſt ab ipſa lingua Hebraea deſumta, quae has admittit notas, & a ſtylo biblico petita, qui alias difficilis ſaepe & dubius, niſi per puncta & Accentus ſenſus fiat clarior & determinetur. Admittere linguam Hebraeam hos accentus nemo negare poteſt, qui non ſine certa ratione adjectos hos apices eſſe attendit. Id ſane quod ad faciliorem intelligentiam facit; contra genium linguae eſſe appoſitum, nemini perſuadebis, quoſcunque demum agnoſcas inventi auctores. Itaque illud videndum, numne probabile ſit magis a primis Auctoribus, vel ipſis aetate proximis Sapientibus, hos apices fuiſſe adjectos, an vero ad ſeriora tempora, omnis illa laus inventi ſit referenda.

§. 17. A bonitate Numinis id merito expectandum videtur, ut inſignem illum eloquiorum theſaurum, omni

modo perfectum prodire & conſervare voluerit. Perfectum autem magis & certum eſſe codicem punctis & Accentibus ornatum, quantum ad nos ſpectat, ad oculum patet. Voluiſſe quoque Deum his ſubſidiis inſtructum, ad ſeriora pervenire tempora, codicem Hebraeum, grata mente agnoſcimus. Probabile itaque eſt, ab ipſis incunabulis linguae & Scripturae Sacrae, haec ſigna non fuiſſe incognita plane, licet non tam frequenti fuerint in uſu. Quod vel hac ratione colligimus, quandoquidem Republica Hebraea, & lingua vernacula maxime florente, id magis convenit, ſigna apponere dubiis vocibus, quam alia tempeſtate haec ex ingenio fingere, poſtquam in deſuetudinem plurimis ſeculis jam abiit lingua. Cujus rei neceſſitas haec eſt, quod poſteriores Doctores, prioribus Viris ſanctis, longe fuiſſe doctiores & accuratiores, alias ſtatuendum ſit, ſi quod a prioribus omiſſum eſt, poſt tot ſeculorum decurſum, ex ingenio ſupplere ipſis junioribus detur. Sed hoc a moribus gentis Judaicae maxime alienum eſt, utpote quae traditionum a majoribus acceptarum, ſemper fuit tenaciſſima, ut in re tanti momenti, in ſcripto nempe ipſis Sacro Sancto habito, cui quicquam addere vel demere ex lege non licet, tam inſignem additionem tot figurarum & apicum unquam moliretur, multo minus ab hominibus ignotis & ignobilibus, ſibi obtrudi pateretur, ut citra dubitationem ea admitteret, quae aetatem non ferre ipſis ignota eſſe non poſſent. Neque vero ad perfectionem Scripturae tantum conferrent puncta & Accentus, quantum omnium Judaeorum & Chriſtianorum plurium conſenſu ipſis tribuitur, niſi ipſos Scriptores Sacros, imo ipſum Spiritum S. haberent auctorem; ut Divino hoc munere neglecto, ambigua & incerta ſint plurima, vel obſcura, quae hac luce colluſtrata, omnium ſe probant conſcientiae.

§. 18.

§. 18. Antiquitatis nota eſt veritas, quam his apicibus ineſſe videmus, cum contra ipſos Judaeos, clariſſima oracula detorquentes, reſpondeant Accentus, & maxima religionis Chriſtianae myſteria defendant vel innuant, quod a Judaeorum Magiſtris junioribus proveniſſe, in animum inducere non poſſum ut credam. Sic Gen XLIX: 10. Accentus Jethib in voce עד ut & in Jeſaj. VI: 3. τρισαγίῳ illo, & Pſ. L: 1. in ter repetito nomine Dei, Accentus controverſiam motam decidunt, & pro Chriſtianorum hypotheſi reſpondent & pronunciant, quare illorum originem ad ipſos Prophetas & Viros ſanctos referendam eſſe, non ſine veritatis ſpecie exiſtimamus.

§ 19. Stylum Prophetarum dicendique genus, quo ſacri Scriptores utuntur ſi conſideremus, neceſſitas Accentuum ad verum ſenſum aſſequendum ſe facile prodit. Eſt enim oratio ſæpiſſime abrupta, ellipſibus ſcatent ſententiae; & ſaepe plus mente ſupplendum eſſe volunt, quam verbis exprimitur, accedunt emphaſes, animique motus, quos viva voce facile expreſſeris vel geſtibus ſuppleveris; in ſcriptis vero quomodo apparebunt, niſi certis ſignis eorum fiat indicium. Major hinc ſane horum apicum in Scripturis eſt neceſſitas, quam in quovis alio libro, ne dubii haereamus & quo nos vertamus neſcii. Illum in finem autem Accentus eſſe additos, a poſteriori liquet, & a priori linguae genius admittit, imo poſtulat; cur ergo de origine & Antiquitate illorum ambigui vel ſuſpenſi erimus? Praeſtatne his mediis cum gratiarum actione uti, quam illis neglectis, noſtro indulgere ingenio, & fluctuare potius, quam veritatem in medio poſitam, ambabus amplecti ulnis?

§. 20. Quod ſi in cauſſam inquiramus, cur haec de Antiquitate & Auctoritate Accentuum ſententia, plurimis non arrideat, illud nonnulli reſpondebunt, exigui vel nul-

lius-

lius fere uſus eſſe hos apices, aſſerente id Capello, cui Doctorum plurimi aſſurgunt. Hinc nec operae pretium eſſe illis minutiis & tricis Grammaticorum inſudare, cum tenebris maximis ſit obſepta & fere ſepulta, genuina Accentuandi ratio. Alii autem laboris impatientes, ſibi & aliis melius conſultum eſſe putant, ſi libertatem ſibi ſervent, pro lubitu, vel neceſſitate hypotheſeos id exigente, de alia verborum Scripturae interpretatione vel correctione ſtatuendi. Quibus per me licet, ſuo ut fruantur genio, modo nihil obſtent, quo minus aliis eadem maneat aliter ſentiendi & loquendi libertas, qui uſum ſatis inſignem ex hoc Accentuum apparatu ſe percepiſſe fatentur & inculcant.

§. 21. De Uſu, quem Accentus antiquiſſimis temporibus in Templo praeſtiterunt, quem Muſicum nonnulli vocant, nihil commemorabo, cum & diu deſierit, & Judaeis noſtra aetate aeque ac nobis incognitus ſit. Quamvis non dubitem inſignem illum fuiſſe, & Muſicam Templi, modulationis ſuavitate nulli fuiſſe ſecundam. In quo tamen proprie conſtiterit, & qua ratione Accentuum apices illi inſervierint, ad hanc cauſſam parum refert; tutius enim de ignotis ſuſpenditur judicium, quam ut haec cum Capello in criminationem Accentuum trahantur.

§ 22. Grammaticum ergo primo loco attendimus Uſum, qui vel voces ſingulas ſpectat, vel integram ſententiam & periodum, cui Accentus inſerviunt. Vocibus ſingulis Accentum videmus additum, vel tonicum vel euphonicum; & ex grammaticis cauſſa patet, ad ſyllabae complementum & ad tonum vocis indicandum, Accentus appoſitos eſſe. Apud omnes in confeſſo eſt, plurimum intereſſe in pronunciatione, in qua ſyllaba tonus figatur, neque pro lubitu in Hebraea lingua cuilibet ſyllabae locus toni convenit, in dubiis ergo Accentus veram rationem oſtendunt,

in

in certis, ut in monoſyllabis, ne quidem praeter rationem apparent, quod vel punctorum mutatio oſtendit, quae ob Accentus praeſentiam & dignitatem vocibus accidit. Illud tamen non de omnibus ſed pleriſque tantum valere ſatis patet, cum Accentuum nonnulli extra locum toni vel in prima vel in ultima vocis littera ſedeant. Horum tamen nonnulli, ut Paſchta, in fine ubi a tono longius abeſſe cogeretur, duplici figura apparent, uti notum eſſe omnibus ſupponimus. Neque vero hinc quicquam decedit huic muneri, quo reliqui, conſtanter tonum vocis ſequentes, funguntur, quin potius primus Grammaticus Uſus manet, ut denotent Accentus, vocabuli tonum, & ad pronunciationis euphoniam faciant.

§. 23. Ex pluribus vocibus conflatur ſententia & periodus, quae iterum ſententiarum voces vel conjunctim conſiderandas, vel ſeparatim contemplandas ſiſtit. Et certo circumſcribuntur termino, quem Periodum dicimus, quaelibet orationis ſegmenta. Hic ſane Accentus in conſilium vocati, egregie vim ſuam demonſtrant, quam duplicem habent, vel conjungendi vel ſejungendi, quorum illi Miniſtri, hi Domini vel Reges, Grammaticis appellantur. Miniſtri ſerviunt conjunctioni, ut & lineola Maccaph. Conjungunt autem vocem cui praeſunt, cum voce Domini ſui cui ſubſunt, & oſtendunt voces illas grammatice quoque, vel inter ſe, vel cum communi aliquo tertio cohaerere & connecti. Reges vel Domini, vocem quam ſortiuntur divellunt, & ſeorſim eam contemplandam ſiſtunt. Quoniam autem ſeparandi ratio eſt diverſa, hinc varius ille Dominorum ordo, & integer quaſi exercitus apparet, ita ut plerique Domini Subdiſtinctivos admittant, non quidem promiſcue, ſed prout ipſorum genio convenit, vel vocis diſtingendae ratio permittit, quae fruſtra vel forte fortuna accidiſſe,

mihi ſaltem non ſit veroſimile. Uſum ergo habent certum & fixum, ſecundum certas conſecutionis leges hi apices, quas qui rite perceperit, ipſo rerum uſu diſcet, non de nihilo, nec ſine ratione, tumultuariave opera, Accentus apponi, ſed interpungendi munere ſatis accurate illos defungi.

§. 24. Periodum & interpunctionem Hebraeorum ex lingua Latina Graecave vel noſtra vernacula, qui metiuntur, vel dijudicandam eſſe volunt, plus ſibi ſumunt quam licet, ob diverſum linguae & populorum genium; nam quod in hac lingua eleganter effertur & interpungitur, ſi in aliam transferas eademque interſtitia affectes, abſonum & intolerabile dictu erit. Ut cuilibet genti ſuus concedi debet genius, ita & interpunctionis diverſitas, non niſi ex propria lingna eſt dijudicanda. Hoc fundamento poſito, iniquos ſe praeſtant Criticos, qui Hebraeorum Silluc, Athnach, Rhebia &c: Latinorum ſemper volunt reſpondere diſtinctionibus, quae per Punctum, Colon, Semicolon, Comma &c. peraguntur. Quamvis enim ſaepiſſime coincidant, attamen illud nec perpetuum nec proprium eſt illis, ſed a circumſtantiis orationis & ſententiae pendet. Hebraeorum periodus accuratiſſime dividit ſingula membra, nec niſi duas voces per Accentus, plures vero ſi neceſſitas uſuſve poſtulat, per lineolam Maccaph conjungit, quod nulla alia lingua aſſequitur. Defectus ille in aliis quidem linguis exigui eſt momenti, in ſtylo ſcripturae autem exigui ponderis eſſe minime ſequitur. Quis omnes periodorum Latinarum formas & modos determinare poterit? Id autem in lingua Hebraea, Accentuum ope & facile & jucundum factu eſt. Cum duplicis generis periodis conſtet oratio ſoluta, totidemque ligata, quarum alteram magnam, minorem alteram dicimus, non niſi conſe-

Digitized by Google

ſecutionis Accentuum myſterio detegendam. Quem uſum dum ad oculum facile demonſtrare poſſumus, hinc concludimus, non contemnendos hos apices, ſed ſedulo in illos inquirendum eſſe, & operae pretium facturos omnes, qui illis ſcrutandis curate incumbunt.

§. 25. Caeterum nec hic ſubſiſtit Utilitas hujus doctrinae, ſed altius aſſurgit, & multitudine varii Accentus, variis modis adhibiti, ipſas res animique motus exprimere valent, & oſtendere. Si enim concitato & perturbato animo verba efferantur, alia ſermonis interſtitia erunt, quam dum placida mente omnia fluunt, vel lento procedunt greſſu. Haec autem ſunt illa, quae ſcriptura nunquam expreſſerit in ulla lingua, neque exprimere valet ulla, niſi Hebraea in ſtylo biblico. Et haec eſt anomaliarum nonnullarum ratio, quae extraordinariam & variam interpunctionem reddit neceſſariam, quam tamen in aliis linguis, non niſi pluribus verbis & longis repetitionibus exprimere vix poteris. Hiſtoricus ſtylus, licet aequabilis magis, non reſpuit tamen hanc interpunctionis varietatem, imo pro ſubjecta materia nonnunquam admittit. Quicquid ſit, varietatem omnem ab Auctoribus ſacris nunquam ſine certa ratione adhibitam eſſe, verbi Divini auctoritas credere jubet, & res ipſa loquitur, licet nobis non ſemper omnia ſint perſpecta. Exemplum habemus in hiſtoria Eſtherae, c. VII. 8. de caſu Hamanis, quem adeo pathetice per Accentus deſcriptum eſſe deprehendimus, ut nihil aptius aut ornatius dici poſſit. De his tamen non cuilibet judicium committi poteſt, nam haec poſtulant exercitatiores in ſcrutinio Scripturarum & Accentuum, quibus talia ſe offerunt in lectione Sacrarum Litterarum, ut res ipſae non narrari, ſed geri coram oculis videantur. Nam ſubſiſtunt ad Diſtinctivos Accentus lectores, & quidem quo majo-

res ſunt, magis, quo minores, minus, hinc longe clarius & diſtinctius vera illis ſeſe objiciet ſententia, quam plurium Interpretum anxia diſquiſitio, & diſſenſus nonnunquam parum fundatus, efficere valet.

§. 26. Qui ſtudio Analytico dediti Scripturas ſcrutantur; nunquam certius, nunquam felicius in Analyſi verſantur, quam quum Accentus duces ſequuntur. Obſervare enim licet dichotomiam accuratiſſimam, & terminos tranſgredi non ſinunt ipſi apiculi Oſtendunt quippe ubi initium ubi finem cujuſvis partis conſtituere debeamus, non ex noſtro ingenio, ſed ipſius ſcriptoris ſententia, qui utique optimus verborum interpres erit. Ut nihil nobis agendum ſit aliud, quam ut aptis conceptibus partes ſingulas efferamus, & qua relatione ad ſe invicem ſpectent, attenta mente contemplemur. Sic ingenti labore ſe ſublevatos ſentient, qui hanc rationem ſequuntur, cum alias, aliis quamvis ſatisfaciant, ſibi ipſis ſaepe ſatisfacere nequeant, quod tamen exigua diligentia & uſu adhibito, facillime Accentuum opera perficiunt. Speciminis loco, ſi cui libitum ſit periculum facere, is conſulat Dorfelium, vel Franken Diacriticam, qui dictis fidem facient inſignem: Nobis nec licet nec lubet eſſe magis prolixis.

§. 27. Verum enim vero, nec his limitibus contenti Accentus, alio quoque nomine ſe commendant, ob Uſum ſcilicet Criticum quem habent, quatenus orationem interpungunt, ſententiamque in minimas partes diviſam diſtinctius ob oculos ponunt. Hac enim ratione difficillima loca fiunt faciliora, quae obſcura videbantur, evadunt clara, & quae exigui momenti antea ſunt habita, vim ſuam magis magiſque demonſtrant, ſi ſtudium acceſſerit pium, & vana abſit mentis gloria. Dein judicium fieri poterit de Verſionibus & Interpretibus, quouſque cum fonte & inter.

ter ſe conveniant. Illud enim obſervare licebit, quo propius ad ſacram interpunctionem acceſſerit interpres, qui linguae ſatis caeteroquin eſt peritus, eo magis etiam veram ſententiam aſſequi ipſi dabitur, a qua ſemper recedet, qui hos apices neglexerit, vel non ſatis feliciter expreſſerit. Quod maximi momenti eſſe nemo facile negabit, licet pauci eo ſe perveniſſe aſſerere poſſint. Ipſe rerum uſus ſatis ſuperque docet, ſi omnes conſulueris Interpretes, illos incertum te ſaepius relinquere & dubium magis, quam antea fueras, quod fit in locis difficilioribus ordinarie, in quibus quot capita tot ſententias Doctorum Virorum deprehendimus, ut quo ſe vertat quis neſciat; cum quilibet ex ingenio quaedam proferat, quae a veritate ipſi non videntur aliena, nec loco incongrua; pauciſſimis autem cum interpunctione convenit, ſed hi vel eo nomine rejiciendi. Abjiciamus ergo funes ſocordiae & diſrumpamus vincula praejudiciorum, nec caecos ſequamur duces, ſed ipſum Spiritum docentem & loquentem audiamus, omnibuſque illis utamur mediis, quae divina nobis ſuppeditavit gratia. Inter quae non minimum locum obtinet interpunctio Accentuum opera peracta, quae perſpicue & dilucide verum ſenſum ſiſtit, nec nebulis humanae auctoritatis lumen obſuſcari ſinit, quod lucet in tenebris, & tenebrae non animadvertunt illud, nec capiuntur lucis radiantis pulchritudine.

§. 28. Quibus integritas codicis Hebraei & perfectio Scripturarum cordi eſt, illis haec de Accentibus doctrina debet eſſe commendatiſſima. Nullum enim argumentum, quod magis ſtringat, pro integritate & perfectione Scripturarum afferri poteſt, quam hoc de conſecutione Accentuum. Nam ſingulis vocibus cum apponantur Accentus ſinguli proprii, illarum conſecutio juſta, nos certiores

reddit, voces non eſſe tranſpoſitas, imo ne tranſponi quidem poſſe, niſi omnem Accentuum turbare velis ordinem. Summa autem Judaeorum cura ſtudio & fide factum eſt, ut licet vera Accentuum notitia & ratio ipſis ſit incognita, & oblivioni tradita, in ipſis tamen apicibus ſubjiciendis, tanta diligentia invigilaverint, ut nobis nihil magis optatum accidere poſſit, neque perfectius opus, Grammatici ulli cujuſcunque ſint gentis, produxerint. Itaque nervos ſuccidunt Accentuum apices, illis Criticorum ingeniis, qui tranſponendo, interpolando, addendo, demendo, audaces immittunt vel immittere ſtudent in Scripturas manus, ut ſe correctoris munere fungi, dum Criticae litant, ſibi aliiſque perſuadeant. Nam ne tranſponere quidem verba licet, eodem quamvis manente ſenſu, quin ſtatim Accentus cuilibet voci proprius reclamet, & tota conſecutionis ratio perturbetur. Quid quod Emphaſis, quam verba hac ratione diſtincta prae ſe ferunt, plane pereat, aut flacceſcat integra oratio, quae plena vigore jam floret & micat. Periculum fiat vel in primo verſiculo Pſalmi primi. Si rythmum quaeras, verba & ſententia id facile permittunt, obſtant ſoli Accentus, qui determinant ſenſum utriuſque hemiſtichii, & voci *Impiorum*, majorem Diſtinctivum non ſine emphaſi imponunt: in poſteriori autem hemiſtichio non praeter rationem alius obſervatur vocum ordo, quo omnia melius ad naturam Accentuum accedant, & ſic integer verſiculus vividis coloribus Impiorum gradus & molimina nobis ob oculos non ſine emphaſi ponit. Facile fuiſſet alias Auctori hujus Pſalmi, ryhtmum fingere, ſed aliter ipſi placuit, nec niſi hunc modum adhibuit, quem Accentibus & rebus convenientiſſimum eſſe, a poſteriori deprehendimus. Jurene in Deum ſuccenſebimus, quin potius providam Numinis venerabimur curam, quod tot apicibus

cibus

Digitized by Google

cibus inſtructum verbum ſuum nobis tradiderit, & omni modo proſpexerit illius perfectioni aeque ac integritati, ut illa adhuc perſtet incolumis, noſtra licet aetate a Criticae Artis Magiſtris non ſemel corruptionis fuerit poſtulata, ſed irrito ſucceſſu, ſi illud genus hominum excipias, qui ea criminantur ſtrenue quae non capiunt, & ſe alioſque incautos ſeducunt.

§. 29. Sed contrahamus vela, & in portu navigemus, quibus Accentuum Uſus & Auctoritas ſatis cernitur. Nam Argumentis non deſtituitur haec ſententia, quae veri ſpeciem non modo habent, ſed & utilitatem maximam actu oſtendunt & ſuppeditant. Ut vel a poſteriori ex inſigni illorum Uſu concludere liceat, Auctoritatem his Apicibus ineſſe maximam, tantique momenti illa ſigna eſſe, ut humano ingenio majora praeſtent, nec niſi ab ipſis Auctoribus ſacris originem ducere queant. Optandum ergo eſſet, ut plures haec minutiſſima curarent potius, quam praetoria dictatura, quaſi merum imperium penes ipſos eſſet, in ſequiorem partem de his apicibus decernerent. Sic faſces criticas Deo ſubmitterent magis, & meliora proferre, & ad ſaniorem mentem plures reducere poſſent. Quod ut eveniat, faxit Deus feliciter!

§. 30. Ne vero in nudis votis omnis ſubſiſtat conatus, agedum tentemus aliquid, ſi forte veternum excutere detur, alioſque ſaltem excitare liceat: nam doctioribus campus aperitur ampliſſimus, ingenii vires in hac Doctrina Accentuum exercendi. Rei etenim dignitas id poſtulat, & difficultas operis id omnino exigere videtur. Difficultatem equidem fatentur omnes, dignitatem autem pauciſſimi aſſequuntur, nam plurimi ſi non plane hoſpites, ſaltem minus verſati & exercitati erunt cenſores, in illo Accentuum negotio. Non equidem ignoro viros de littera-

tura

tura Hebraea optime meritos, Accentibus eruendis operam navaſſe egregiam; verum & pauciores fuerunt; & in his terrae partibus, vix unus aut alter innotuit fama. Quod ſi modum tractandi quo plurimi utuntur penitius inſpicias, variis Imperatorum, Regum, Ducum, Comitumve terminis, difficultatem augeri non minui dices: inprimis autem ubi ad ipſas regulas deventum eſt, maximum prius ſtudioſo eſt devorandum taedium, quam ad aliquam circa conſecutionem Accentuum certitudinem pertingere poſſit. Illa enim quam tradunt Analogia, tot exceptionibus eſt obnoxia, ut hae longe ſuperent quandoque vel ſaltem aequent regularium numerum. Ad ſolum Waſmuthum provoco, quem tantum non omnes ſequuntur, ut ipſe ex Ledebuhrio omnia hauſit. Videbis illum quatuor prioribus Capitibus de regularibus regulas tradere, decem autem ſequentibus, de irregularibus agere. Quae difficilius in ordinem rediges, vel animo complecti poteris, ut lectorem minus exercitatum haec abſterreant potius, quam excitent aut plurimum adjuvent. Hypotheſin ipſius examini ſubjecit Doctiſſimus Franken in *Diacritica Sacra*, ut & illam Reinbeckii, cujus regulae & conſectaria tantum non invicem ſeſe deſtruunt, ut idem Auctor oſtendit. Qui illam Critices partem, quae de Accentibus agit, pluribus illuſtravit obſervationibus, liberavitque incommodis quibus antea premebatur, quo & nos excitati & adjuti, communibus repudiatis praejudiciis, libera mente ipſam Accentuum Conſecutionem indagare caepimus. Hanc enim partem Doctiſſimus ille Auctor brevius pertractavit, & ab omni praejudicio ſibi omnino cavere non potuit, ut plane his tractandis ſuperſedere poſſemus. Illud enim minus accuratum nobis videbatur, quod eundem Accentum jam Diſtinctivum jam Conjunctivum ipſius Tabula exhibeat, qua

in re Ledebuhrium & Waſmuthum ſequitur, ut & quod eundem Dominum, Minorem, Magnum & Majorem exhibeat, quod tyronibus faceſcere negotium nullus dubito.

§. 31. Nemo igitur nobis vitio vertet, ſi poſt alios aliquid tentemus, quod ad Accentuum doctrinam ab imperfectionibus nonnullis vindicandam, viam paret. Hunc in finem ea, quae de conſecutione Accentuum in uſum privatum, in ſchedas retulimus, nunc in ordinem redacta, publico ſiſtimus commodo, quod aliis haec noſtra uſui eſſe poſſe viſum fuerit, imo nonnulli ſe iis excitatos, & adjutos eſſe ſentiant. Introductionem modo damus, ut Conſecutionem Accentuum ordine explicemus, non integrum commentarium ſcribimus. Hypotheſes, ſecundo & tertio Capite poſuimus tanquam poſtulata & axiomata, aut definitiones, quibus admiſſis, reliqua proxime ad demonſtrationis naturam accedere credimus, ea ſaltem quae ſunt majoris momenti. In Accentuum diviſione nonnihil a communi receſſimus via, ut anomaliarum incommodis occurreremus, quae ex hoc fonte fluunt. v. gr. ꜜꜜ Schalſchelet, quem alii Diſtinctivum magnum faciunt, ad Subdiſtinctivorum ordinem redegimus, hoc ducti argumento, quod in Ditione Sillucì, Accentus cum Pſik compoſitus, nunquam Magni vices ſuſtineat, idemque hic Accentus in Ditione Athnachi & Rhebia Gereſchati appareat, ut ipſe facilius longe ad minorem redigatur ſortem, quam ut exceptionibus variis locus detur. Diſtinctivos porro ulteriori ſubjecimus examini, & Minori Minimum adjiciendum eſſe deprehendimus, quemadmodum ad Magnum accedit Major; eandemque rationem & in Subdiſtinctivis tum primi tum ſecundi ordinis ſumus ſecuti. Maxima cura fuit, de termino ſingulis Diſtinctivis & Conjunctivis praeſcribendo, quem nunquam transgredi liceret. Demum de Periodo

***** fui-

ſuimus ſolliciti, prout ipſius ratio ex Interpunctione peti poteſt. Animadvertimus autem, quatuor Periodorum eſſe ſpecies, quas ad duo genera reduximus, quorum quodlibet duabus ſpeciebus conſtat, itaque ſingulas ſpecies ultimo loco examini ſubjecimus, ut quibus modis varia eſſe poſſit ejuſdem ſpeciei periodus pateret. Illud quoque in hac de Periodis doctrina nos conſecutos eſſe confidimus, ut ne unicum quidem in Metricis in contrarium poſſit proferri exemplum, quod regulas non ſequatur datas. Verboſi eſſe neque voluimus neque debuimus, rem ipſam dixiſſe contenti, quam Aphoriſmis incluſimus, quibus probandis, exempla producta locaque parallela ſufficient. In Ordinariis non quidem omnia, quae collegimus, aut colligere potuimus, ſed tantum nonnulla ſunt allata, in primis ubi ſatis clara omnia; dum vero dubium vel minimum eſſet, pleraque ſi non omnia annotata videbis, id quod & in exceptionibus attendimus, nec non in illis Subdiſtinctivorum Ditionibus quae non adeo frequentes occurrunt. Diſtincte etiam ad Ditiones ſingulorum Diſtinctivorum & Subdiſtinctivorum animum appulimus, integrum caput cuilibet fere impendentes Ditioni. Quo factum eſt ut eadem ſaepius fuerint repetenda, quod ſtudio evitare nec potuimus neque debuimus, cum vel hac ipſa repetitione firmius inhaereant dicta, & convenientia in omnibus deprehendatur facilius. Adjecimus inſuper ad finem capitis Tabulam Ditionis, unico intuitu, nudis Accentuum notulis, integrum Caput ob oculos ſiſtentem, quas Tabulas, dein in unam collectas, calci operis ſubjecimus, ut integrum ſyſtema in conſpectum prodiret. Hujus Tabulae uſu, paululum exercitatiores analyſin Accentuationis inſtituere poterunt. Indicem denique Verborum & Rerum, in commodum Lectoris dedimus, qui ad illuſtrationem Tabulae plurimum confert,

fert,

Digitized by Google

fert, & quo Capite & paragrapho, tum regulae, tum exempla extent, fideliter ſatis oſtendit. Caeterum vel ipſa Inſcriptio docet, Metricam Accentuationem tantum hic tradi, quam Proſaicae praemittimus, quoniam illam primo loco abſolvimus, eamque minoribus difficultatibus premi obſervavimus, quam illam Proſaicam. Propria quippe obſervatione ſingula fere exempla collegimus, aliis deſtituti ſubſidiis, unde primum ad Metricam Accentuationem applicuimus animum, cum tribus tantum in libris, Pſalmorum Proverbiorum & Jobi ea occurrat, quos evolvere faepius, neceſſitas poſtulavit, quo & magis redderemur certi, Lectoremque certiorem facere poſſemus. Altera autem Proſaica, hanc Metricam praemiſſam proxime inſequetur, quae & eadem methodo adornata, prelum duntaxat expectat, dummodo hanc Metricam Accentuationem non diſplicuiſſe Lectori intelligamus. Interim in altera Proſaica ſub incudem denuo revocanda erimus intenti, id operam dantes, ut quantum fieri per negotia licebit, ea prodeat curatius. Interea Lectorem exoratum volumus, ut errores & lapſus cum typographi tum Auctoris condonare & corrigere velit vel emendare. Nemini injuriam intulimus, neque quicquam aliorum laboribus detractum eſſe volumus, omnia, meliora tradentibus ſubmittimus noſtra, candorem & ſtudium charitatis & veritatis in Lectore expetentes. Caeterum Deum ter Optimum Maximum ſerio veneramur, ut ſtudiis noſtris benedicat, verbumque ſuum omnis veritatis & amoris regulam, quam copioſiſſime in omnibus habitare jubeat, quo magis magiſque ſanctificati in veritate, ipſius quaeramus gloriam, proximique promoveamus commodum. Vale.
Lugd. Bat. MDCCXIII. Kal. Decembris.

L. S.

Profeſſores Facultatis Theologicae in alma Academia Lugduno-Batava, attente, quantum per otium licuit, legerunt Tractatum plurimum Venerandi D. PHILIPPI OUSEEL, Eccleſiae Chriſti, quae hac in urbe colligitur, Paſtoris vigilantiſſimi, fideliſſimi, quem inſcripſit INTRODUCTIONEM IN ACCENTUATIONEM HEBRAEORUM METRICAM. In quo ſtudiorum genere uti maxime ſe exercet valetque, ita & Eruditiſſimorum Vivorum a ſe diſſentientium rationes ad examen revocat, nihilque profert, quantum nobis conſtat, orthodoxiae contrarium. In rebus ejuſmodi ad Philologiam ſpectantibus ſuo quiſque per nos ſenſu abundet. Laudamus Viri eruditionem atque induſtriam, diligentiam indefeſſam atque enixum de re literaria bene merendi ſtudium. Dignetur Deus ſuo favore ejus labores in Eccleſiae bonum, jubeatque eum diutiſſime nobis eſſe ſoſpitem. Dabamus Lugduni in Batavis, a. d. 19. Decemb. 1713.

JOHANNES à MARCK, Theol. Dr. & Prof.
FRANC. FABRICIUS, S. S. Theol. D. & Prof. Fac. h. t. Decanus.
JOHANNES WESSELIUS, S. S. Theol. D. & Prof.

INDEX CAPITUM.

CAP. I.	*Accentus in Genere.*	1
II.	*De Officio & Dignitate Accentuum.*	9
III.	*De Interpunctione Metrica.*	12
IV.	*Ditio Silluci.*	20
V.	*Ditio Merca Mahpachati.*	39
VI.	*Ditio Athnachi.*	47
VII.	*Ditio Rhebia Gereſchati.*	58
VIII.	*Ditio Minimorum Silluci.*	64
IX.	*Ditio Rhebia.*	68
X.	*Ditio Sarka.*	78
XI.	*Ditio Tiphcha Anterioris.*	82
XII.	*Ditio Subdiſtinctivorum Minimorum.*	88
XIII.	*Ditio Pazer.*	92
XIV.	*Ditio Schalſchelet.*	95
XV.	*Ditio Kadma Pſikati.*	97
XVI.	*Duplex Accentuatio Metrica.*	100
XVII.	*Analyſis Accentuationis Metricae.*	104

שער

שער הטעמים
של אמ״ת

INTRODUCTIO IN ACCENTUATIONEM HEBRAEORUM METRICAM.

CAP. I.

ACCENTUS IN GENERE.

§. I. ACCENTUS Hebraeorum, à guſtu טעם, a tono muſico נגינה dictus, complectitur notas omnes ſignaque critica, quae in ſingulis vocibus, praeter puncta vocalia litterarumque additamenta, in textu biblico apparent, ad diſtinctionem & conjunctionem vocum & ſententiarum dirigendam, orationem interpungendam, ipſamque actionis emphaſin indicandam.

§. 2. Pro duplici orationis genere, ligato vel

Digitized by Google

ſoluto, duplex Accentuum eſt ordo, *Metricus* ſcilicet & *Proſaicus*.

§. 3. *Metrica* Hebraeorum *Accentuatio* eſt illa Accentuum conſecutio, quae in Libris Metricis אמ״ת dictis, Pſalmis, Proverbiis, & Jobi c. 3: 2. 42: 1--5. adhibetur; ad dirigendum metrum, ſenſum clarius & perfectius interpungendum, & oculis auribuſve πάθος & emphaſin ſiſtendum.

§. 4. *Accentus Metrici* alii ſunt *Tonici*, *Euphonici* alii.

§. 5. *Tonici Accentus* in Metricis Libris occurrunt ſequentes:

Figura. Nomen.

1. :— *Silluc cum Soph paſuc.* Pſ. 147: 17. :יַעֲמֹד *ſtabit.*
2. — *Merca Mahpachatum.* Pſ. 71: 20. וְרָעוֹת *& mala.*
3. — *Athnach.* Prov. 6: 6. עָצֵל *Piger.*
4. — *Rhebia gereſchatum.* Pſ. 99: 4. וּצְדָקָה *& juſtitia.*
5. — *Rhebia.* Pſ. 59: 6. יִשְׂרָאֵל *Iſraël.*
6. — *Sarka.* Pſ. 48: 3. נוֹף *regione.*
7. — *Tiphcha anterior.* Pſ. 7: 12. אֱלֹהִים *Deus.*
8. — *Paſer.* Pſ. 132: 11. לְדָוִד *Davidi.*
9. — *Schalſchelet.* Pſal. 125: 3. לְמַעַן *propterea.*
10. — *Kadma Pſikatum.* Pſ. 123: 1. הִנֵּה *ecce.*
11. — *Mahpach Pſikatum.* Pſ. 101: 6. עֵינַי *oculi ejus.*

12.

12. — *Merca.* Pſ. 78: 21. עָלָה *aſcendit.*

13. — *Merca Sarkatum.* Pſ. 10: 5. יָפִיחַ *ſufflabit.*

14. — *Mahpach.* Pſ. 31: 3. הַטֵּה *inclina.*

15. — *Mahpach Sarkatum.* Pſ. 9: 10. וִיהִי *eritque.*

16. — *Munach inferior.* Prov. 31: 7. וְיִשְׁכַּח *& obliviſcetur.*

17. — *Munach Superior.* Pſ. 18: 31. הַחוֹסִים *ſperantes.*

18. — *Jerach ben Jomo.* Pſ. 31: 11. וּשְׁנוֹתַי *& anni mei.*

19. — *Tiphcha non anterior.* Pſ. 66: 4. יְזַמְּרוּ *pſallent.*

§. 6. Horum alii infra vocem ponuntur, ut Silluc —, Athnach —, Tiphcha anterior —, & poſterior —, Merca —, Munach inferior —, Mahpach —, Jerach ben jomo —, hinc *Inferni* dicti.

§. 7. Alii ſupra vocem ſcribuntur, ut — Rhebia gereſchatum, — Rhebia, — Sarka, — Pazer, — Schalſchelet, — Kadma Pſikatum, — Munach ſuperior, qui hinc *Superni* dicuntur.

§. 8. Alii utroque modo apparent, ut compoſiti plurimi: — Merca Mahpachatum, — Mahpach Sarkatum, — Merca Sarkatum.

§. 9. *Lateralis* eſt — *Pſik*, inter duas voces lineola perpendicularis pendens, & : Soph paſuc finita voce ponendus.

Digitized by Google

§. 10. Praeterea nonnulli ſunt *Simplices*, unica figura contenti, ut — Athnach, — Rhebia, — Sarka, — Tiphcha anterior, & — Tiphcha poſterior, — Merca, — Mahpach, — Munach inferior, & — Munach ſuperior, — Jerach ben jomo.

§. 11. *Compoſiti* alii, ut, : — Silluc cum ſoph paſuc, — Merca mahpachatum, — Rhebia gereſchatum, — Merca Sarkatum, — Mahpach Sarkatum, & Pſik cum Schalſchelet —, ut & — Pſik Kadmatum, — Pſik Mahpachatum.

§. 12. Sedem alii fixam alii mobilem habent.

§. 13. Fixam ſedem habent in fine, poſt vocem abſolutam, omne Pſik — & : — Soph paſuc; vel in ultima littera, ut Sarka — diſtinctivus; vel in initio vocis, ante omnem vocalem, ut — Tiphcha anterior.

§. 14. Mobilem ſedem ſortiuntur caeteri omnes, dum tonum vocis ſequuntur, adeoque vel in ultima, vel in penultima vocis ſyllaba apparent, litterae, quæ vocalem non vero Scheva habet, affigendi.

§. 15. Accentus compoſiti cum Pſik & Sophpaſuc, quae poſt vocem ſcribuntur §. 13. in tono vocis ſemper apparent.

§. 16. — Merca Mahpachatum, ſi vox ante tonum habeat ſyllabam, vel litteram ſchevatam, — Merca inferne in tono vocis ponit, — Mahpach autem ſu-

Digitized by Google

ſuperne ad proximam ſyllabam rejicit. *Pſ.* 18: 16. תֵּבֵל *habitabilis.*

§. 17. Quod ſi ſyllaba vel littera alia careat, eidem litterae uterque accentus adjicitur, *Pſ.* 18: 44. עָם *populi:* verum ſi aliter fieri poteſt, ut, ſi vox ſit maccaphata; vel alio accentu tonico plane careat, per Maccaph implicitum cohærens; vel ſaltem in ultima ſyllaba praecedentis vocis non adſit ſervus; vel ultima ſyllaba habeat patach furtivum: tum Mahpach in praecedentem vocem liberè tranſit.

Pſ. 30: 10. אֶל־שָׁחַת *in foveam.*

Pſ. 1: 3. עַל־פַּלְגֵי־מָיִם *ad rivos aquarum.*

Pſ. 97: 10. שִׂנְאוּ רָע *odio habete malum.*

Pſ. 6: 3. אֻמְלַל אָנִי *laſſus ego.*

Pſ. 8: 3. יִסַּדְתָּ עֹז *fundaſti robur.*

Prov. 8: 34. שֹׁמֵעַ לִי *auſcultans mihi.*

§. 18. Eandem rationem ſequuntur ֥ Merca & ֤ Mahpach quando cum ֮ Sarka compoſitionem admittunt, id quod fieri poteſt, dum proxime ante tonum vocis, antecedit ſyllaba longa, vel brevis, quae longae vices praeſtat; tum enim ֥ Merca vel ֤ Mahpach infernè in tono vocis ſedem habent, Sarka vero ad praecedentem longam ſuper-

 nè

ne ponendus eſt, in unica voce, ut *Pſ.* 10: 5. יָפִיחַ *ſufflabit.* Pſ. 3: 5. נִאֵץ *ſprevit.* Job. 34: 37. יֹסִיף *addet.*

Vel in duabus, per Maccaph cohaerentibus explicitum, ut Job. 37: 21. לֹא־רָאוּ *non viderunt.*

Vel implicitum, ut: Pſ. 49: 15. וַיִּרְדּוּ בָם *& dominabuntur iis.* Pſ. 5: 5. אֵל־חָפֵץ רֶשַׁע *Deus volens impietatem.* Pſ. 18: 20. כִּי חָפֵץ *nam delectatur.*

§. 19. ⁓ Rhebia Gereſchatum e contrario, illam tranſpoſitionem in vocem ſequentem nunquam admittit, nam uni voci uterque accentus adhaeret, Rhebia quidem in loco toni ſemper ſedet, Gereſch autem quam poteſt longiſſime recedit, ut Pſ. 71: 2. אָזְנְךָ *aurem tuam.* Pſ. 69: 37. שְׁמוֹ *nomen ejus.* aut eidem litterae uterque accentus incumbit, Pſ. 11: 1. נוּדִו *fuge.*

§. 20. Nota, errore typographico in pluribus codicibus loco ⁓ Rhebia gereſchati, aliquando ⁓ Rhebia ſimplex ocurrere, in ſecunda tertiave à Silluco voce, quem errorem correctior Berolinenſis codex ut plurimum vitauit. Simili errore Pſ. 14: 1. & 53: 2. in voce הִשְׁחִיתוּ Rhebia compoſitus, loco ſimplicis irrepſit.

§. 21. Pari ratione poſt ⁓ Kadma vel ⁓ Mahpach line-

lineola Pſik ſaepiſſime excidit, ex analogia Accentuationis facile ſupplenda.

§. 22. Duplex Accentus licet rarius, aliquando tamen in metricis occurrit, qui facile ab accentu compoſito diſcernitur, ut Job. 27: 7. אֹיְבִי *inimicus meus.* Sic Pſ. 22. 27. Job. 28: 22. vide Cap. 16.

§. 23. Tonici Accentus privatio, eſt lineola inter duas voces tranſverſim poſita, quae *Maccaph* dicitur, voces accentu tonico carere proprio oſtendens, unde & ita cohaerentes, pro unica voce reputantur. Conjunguntur autem duae voces per unicam lineam; Pſ. 1: 3. אֲשֶׁר־יַעֲשֶׂה *quod faciet.* Vel tres per duplicem; Pſ.49:3. גַּם־בְּנֵי־אִישׁ *etiam filii viri.* Vel quatuor tribus; Job. 41: 26. עַל־כָּל־בְּנֵי־שָׁחַץ׃ *ſuper omnes filios elationis.*

§. 24. Lineola Maccaph aliquando ſupplemento ſyllabae inſervit; Job. 38: 2. בְּלִי־דָעַת׃ *ſine ſcientia.* Nonnunquam verò & ipſa expreſſa non apparet, ſed implicitè adeſſe cenſenda eſt, ut §. 18. viſum eſt.

§. 25. *Euphonicus* Accentus eſt *Metheg* ֽ quod frenum interpretantur, quia is moram ſyllabae affert, complemento temporis inſerviens. Figura eſt linea recta ֽ perpendicularis infra litteram poſita, eadem quae & Silluci ֽ à quo tamen ſedulo diſtinguendus eſt, & facile dignoſci poteſt; Nam Metheg vocem quamcunque tenere poteſt, Silluc

vero

vero non niſi ultimam occupat: Tum poſt Metheg ſemper ſequitur Accentus alius tonicus in eadem voce, vel nota abſentis accentus Maccaph: §. 23. Denique Metheg ante tonum vocis ſemper apparet, cum plane contrarium in Silluco obtineat, qui vel ſolo (:) Soph paſuc ſatis à Metheg diſcernitur.

§. 26. Qualitas vocis, quam Accentus tonicus occupat, obſervanda venit; quod ſi enim vox ante tonum, vel nullam vel ſaltem unicam habeat ſyllabam, termino artis tum ea *laborare* dicitur, ſi duae pluresve adfuerint ante tonum ſyllabae, *non laborabit*. De ſyllaba verò tenendum, Scheva mobile non conſtituere ſyllabam, niſi poſt vocalem longam; vocalis quoque brevis ex Schevate orta, ſequente Schevate quieſcente alio, pro ſyllaba perfecta non venit; neque ו praefixum ſufficit ad abſolvendam ſyllabam in Accentuatione.

Ut Pſ. 119: 127. :וּמִפָּז *& prae auro.* & Pſ. 27: 10. :יַאַסְפֵנִי *aſſumet me.* Utraque vox laborat.

Aliquando tamen contrarium obtinet. ut
Pſ: 144: 6. :וּתְהֻמֵּם *ut perturbes eos.*
Pſ. 72: 11. :יַעַבְדוּהוּ *ſervient ei.*

CAP.

CAP. II.

De Officio et Dignitate Accentuum.

§. 1. Accentuum *Officium* eſt, voces, ſententiam & orationem interpungere, ut ſenſus dictorum magis clarus, vivus & perſpicuus evadat, & emphaſis ac πάθος ſeu affectus loquentis indicetur.

§. 2. Duplici ratione omnis Hebraeorum abſolvitur Interpunctio; vel conjungendo vel diſtinguendo voces. Hinc alii Accentus *Conjunctioni*, alii verò *Diſtinctioni* vocum praeſunt. Quorum illi *Miniſtri* ſeu *Conjunctivi*, hi *Domini* ſeu *Diſtinctivi* appellantur.

§. 3. *Diſtinctivi* qui *Domini* dicuntur, licet omnes non aeque perfecte diſtinguant, nunquam tamen ad Miniſtrorum ſortem ſunt redigendi, quod infinitarum anomaliarum cauſa exſtitit.

§. 4. *Servi* qui *Conjunctivi* ſunt, ſemper vocem ſuam cum voce Domini ſui conjungere cenſendi ſunt, nec unquam, niſi dum plures immediate concurrunt, diſtinctionem, attamen minimam, conſtituunt.

§. 5. Sunt verò *Domini* vel *Diſtinctivi* Accentus ſequentes: 1. :ֽ *Silluc cum Soph paſuc.*
2. ֥֤ *Merca Mahpachatum.* 3. ֑ *Athnach.*

4. ∸ *Rhebia gereſchatum.* 5. ∸ *Rhebia ſimplex.*
6. ≏ *Sarka.* 7. ⌐ *Tiphcha anterior.*
8. ∸ *Paſer.* 9. ⌐ *Pſik cum Schalſchelet.*
10. ⌐ *Kadma Pſikatum.* 11. ⌐ *Mahpach Pſikatum.*

§. 6. *Servi* ſeu *Conjunctivi* ſunt reliqui omnes, ut 1. ⌐ *Merca Simplex.* 2. idemque *compoſitum* ⌐ *Merca Sarkatum.* 3. ⌐ *Mahpach ſimplex.* 4. & *compoſitum* ⌐ *Mahpach Sarkatum.* 5. ⌐ *Munach inferior.* 6. ∸ *Munach Superior.* 7. ⌐ *Tiphcha non anterior.* 8. ⌐ *Jerach ben Jomo.*

§. 7. Omnes Accentus & Dignitate & diſtinguendi poteſtate antecedit, : ⌐ Silluc cum Soph paſuc; cui reliqui ſeu immediate, ſeu mediate ſubſunt.

§. 8. Diſtinguimus autem Diſtinctivos ſeu Dominos in duas claſſes, quarum alteram *Diſtinctivi* κατ' ἐξοχὴν ſic dicti, alteram *Subdiſtinctivi* conſtituunt.

§. 9. *Diſtinctivi* ſunt, qui immediate Sillucum reſpiciunt, ordine & Dignitate ſequentes:

1. : ⌐ *Silluc* cum *Soph paſuc.* Diſtinctivus Summus.
2. ⌐ *Merca Mahpachatum.* Diſtinctivus Major.
3. ⌐ *Athnach.* Diſtinctivus Magnus.
4. ∸ *Rhebia Gereſchatum.* Diſtinctivus Minor.
5. ⌐ *Pſik* cum ⌐ *Mapach* vel *Kadma* ⌐.
6. ⌐ *Munach inferior* ſequente ⌐ *Tiphcha non anteriori.*
7. ∸ *Munach Superior* ſequente alio ∸ *Munach Su-*

Superiori. qui *Diſtinctivi Minimi* in ditione Silluci appellantur.

§. 10. *Subdiſtinctivi* Accentus ſunt, qui non niſi mediantibus Diſtinctivis, Silluco ſubſunt, vel propius vel remotius: Horum illi, *Subdiſtinctivi primi*; hi, *Subdiſtinctivi ſecundi ordinis*, vel *Denuo-Subdiſtinctivi*, nobis dicuntur.

§. 11. *Subdiſtinctivi primi* ſunt alii *Majores*, *Minores* alii, hoc ordine:

1. — *Rhebia*, *Subdiſtinctivus Magnus.*
2. — *Sarka*, *Subdiſtinctivus Minor* ſub — Merca Mahpachato ſolummodo.
3. — *Tiphcha anterior*, *Subdiſtinctivus Minor.*
4. *Subdiſtinctivi Minimi* ſunt, ſervi qui habent vel *Pſik* additum aut ſubintelligendum, vel alium ſervum ſequentem, ut *Munach munachatum*, ſub Athnacho frequentiſſimum.

§. 12. *Subdiſtinctivi ſecundi ordinis*, vel *Denuo-Subdiſtinctivi*, alii *Majores*, alii *Minores* & *Minimi* ſunt.

1. — *Pazer Denuo-Subdiſtinctivorum* Magnus ordinarius.
2. — *Schalſchelet cum Pſik*, Magnus extraordinarius.
3. — *Kadma Pſikatum*
4. — *Mahpach Pſikatum*
5. *Servi* fere omnes, *Jerach* excepto } Minores & Minimi ſunt.

§. 13. *Servi* ſeu *Conjunctivi*, vocem ſuam cum voce Domini ſui conjungunt, non autem promiſcue, ſed certis tantum Dominis inſerviunt.

1. – *Merca* ſervit *Silluco*, *Merca Mahpachato*, *Athnacho*, *Rhebia Gereſchato*, *Rhebia Simplici.*

2. – *Munach inferior* ſervire poteſt *Silluco*, *Athnacho*, *Sarka*, *Tiphcha anteriori*

3. – *Munach ſuperior* ſervus eſſe poteſt *Silluci*, *Rhebia.*

4. – *Mahpach* ſimplex & compoſitum cum Sarka – ſervit *Rhebia*, *Pazer*, & *Pſik Kadmato* vel *Mahpachato.*

5. – *Jerach ben jomo* ſervit *Merca Mahpachato* ut & *Pazer.*

6. – *Tiphcha non anterior* Diſtinctivo Minimo *Munacho inferiori* conſtanter adhaeret, rarius *Schalſchelet* vel *Pſik Kadmato* inſervit.

CAP. III.

De Interpunctione Metrica.

§. 1. Interpungendi ratio, quae Accentibus, in metricis peragitur, ſemper reſpicit ultimam periodi vocem, quae Silluco & Soph paſuc gaudet, & ab hac voce Silluci ordine lectioni contrario, ad dextram à ſiniſtris pergit numerare voces, qui-

quibus Accentus ſunt imponendi.

Pſ. 136: 1. הוֹדוּ לַיהוָה כִּי־טוֹב כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ׃ *Laudate Dominum quod bonus ſit; quod in ſeculum benignitas ejus.*

Prov. 16: 9. לֵב אָדָם יְחַשֵּׁב דַּרְכּוֹ וַיהוָה יָכִין צַעֲדוֹ׃ *Cor hominis cogitat de via ſua; aſt Dominus diriget greſſus ejus.*

§. 2. Idem quoque in ſingulis Diſtinctivis & Subdiſtinctivis Accentibus obtinet, qui, ſervorum & Subdiſtinctivorum ſuorum reſpectu, principium numerandi novum conſtituunt; quod non ultra terminum proprium extendendum eſt.

§. 3. Ille vocum tractus, qui Accentui Diſtinctivo vel Subdiſtinctivo cuicunque ſubeſt, uſque dum major ordine, vel plane nullus Accentus ſuccedit, *Ditio* appellatur.

§. 4. Eſt verò *Ditio* illa vel *Mediata* vel *Immediata. Immediata Ditio* immediate Summum reſpicit. *Mediata* vero, non niſi mediante alio Diſtinctivo vel Subdiſtinctivo hoc agit.

V. gr. in exemplo §. 1. dato, Prov. 16: 9. *Ditio* Silluci *mediata* totum verſiculum reſpicit, voceſque habet numero ſeptem: *Immediata* autem *Ditio* illius Silluci, non ultra vocem 4. extenditur, quia Accentus hic immediate ad Sillucum reſpicit, ſequentes verò ſub vocibus 5. 6. & 7. Accentus, non niſi mediate. Porro in hoc exemplo voces 4. 5.

Digitized by Google

6. 7. notatae, propriam ditionem Athnachi conſtituunt, cui immediate ſubeſt vox 5. ut ſervus, & vox 6. ut Minor Subdiſtinctivus. Vox verò 7. quae ſervum habet, immediate cum 6. conjungitur, mediante verò domino proprio Tiphcha, Athnachum reſpicit.

§. 5. Eſt vero *Ditio Immediata* vel unius vocis, ut Prov. 16: 9. vox 3. quae habet Rhebia gereſchatum ſine ſervo, vel Subdiſtinctivo proprio; cum vox 4. novum habeat Diſtinctivum ipſo majorem: vel plurium, ſic in eodem exemplo, vox 6. & 7. duarum vocum ditionem abſolvit, Tiphcha ſcilicet anterior cum ſervo Munach inferiori; nam plures voces non dantur. Ita ditio : Silluci cum Soph paſuc eſt immediate quatuor vocum, nam in ſecunda eſt ſervus Merca, in tertia Minor Rhebia gereſchatum, in quarta Athnach Magnus. Illud autem notandum, per Accentus, quorum alter eſt Diſtinctivus ſeu Dominus, alter Conjunctivus ſeu Servus, non niſi duas voces poſſe immediate & proxime conjungi, hinc tres quatuorve voces neceſſario diſtinctionem aliquam poſtulant.

§. 6. Conjunctivi ſeu Servi, non niſi unicam vocem cum voce Domini ſui conjungere poſſunt, hinc ſemper proxime in voce ſecunda adſunt, ne-

que

Digitized by Google

que ad tertiam a Domino adſcendere poſſunt.

§. 7. Quodſi tamen plures voces conjungendae ſint, fit illud per lineolam Maccaph c. 1. §. 23. quae rarius ter repetitur.

§. 8. Concurrentibus ergo duobus tribuſve Servis ſeu Conjunctivis, ſemper de Diſtinctione aliqua certo conſtabit, quae tunc verò erit Minima.

§. 9. Diſtinctivi ſuo ſe ordine inſequuntur; ita ut Minimus Minorem praecedere, Minor ante Majorem poni, & longiſſime à Summo quocunque Major diſtare debeat.

§. 10. Quo ergo Accentus Diſtinctivus vel Subdiſtinctivus, à ſuo reſpective Summo, longius eſt remotus, eo perfectius diſtinguit, id quod & de repetitis valet.

§. 11. Diſtinctivorum c. 2. §. 9. nullus in eodem verſu repeti poteſt, Subdiſtinctivorum nonnulli repetitionem aliquando admittunt, ſaepius ‒ Rhebia, aliquando ⁓ Sarka, alii vix unquam.

§. 12. *Periodus* Hebraeorum *Metrica* ex Diſtinctivis optime dignoſcitur, & diſtingui poteſt in *Magnam* & *Minorem*.

§. 13. *Periodum Magnam* appello, quae ad minimum quatuor, rariſſimè quinque Diſtinctivos habet.

§. 14. *Periodus Magna* quinque Diſtinctivorum haec

haec eſt, in qua hoc ordine immoto Diſtinctivi apparent: *Summus*, *Minimus*, *Minor*, *Magnus* & *Major*.

Pſ. 10: 14 רָאִתָה כִּי־אַתָּה עָמָל וָכַעַס תַּבִּיט לָתֵת בְּיָדֶךָ ||||
עָלֶיךָ יַעֲזֹב חֵלְכָה ||| יָתוֹם || אַתָּה | הָיִיתָ עוֹזֵר׃ |||| *Vidiſti, quod tu laborem & indignationem reſpicies, ad dandum in manum tuam: ſuper te erit, (ſi quis) relinquet inopem; pupillo, (ſane) Tu fuiſti auxiliator.*

Parall. Pſ. 18: 7, 31. Pſ. 127: 1. Pſ. 99: 4. nec plura dantur.

§. 15. *Periodus Magna* quatuor Diſtinctivorum, quatuor modis varia eſſe poteſt.

I. *Summus*, *Minimus*, *Minor*, *Magnus*.

Pſ. 46: 12. יְהוָה צְבָאוֹת עִמָּנוּ ||| מִשְׂגָּב לָנוּ || אֱלֹהֵי יַעֲקֹב |
סֶלָה׃ |||| *Dominus Exercituum nobiſcum; locus editus nobis eſt, Deus Jacobi, Selah.*

Parall Pſ. 3: 5. 75: 4. 105: 3.

II. *Summus*, *Minimus*, *Minor*, & *Major*, ut

Pſ. 4: 7. רַבִּים אֹמְרִים מִי־יַרְאֵנוּ טוֹב ||| נְסָה־עָלֵינוּ || אוֹר פָּנֶיךָ |
יְהוָה׃ |||| *Multi dicunt quis oſtendet nobis bonum; Tolle quaeſo ſuper nos, lucem faciei tuae, ô Jehovah.*

III. *Summus*, *Minimus*, *Magnus* & *Major*.

Pſ. 63: 2. אֱלֹהִים אֵלִי אַתָּה אֲשַׁחֲרֶךָּ ||| צָמְאָה לְךָ נַפְשִׁי כָּמַהּ
לְךָ בְשָׂרִי || בְּאֶרֶץ־צִיָּה וְעָיֵף | בְּלִי־מָיִם׃ |||| *O Deus, Deus meus,*

Digitized by Google

meus Tu es, matutino quaeram te; ſitiit tibi anima mea, deſideravit te caro mea; in terra arida & feſſa, ubi nullae aquae.

Parall. Prov. 1: 11: Pſ. 24: 10.

IV. *Summus, Minor, Magnus* & *Major.*

Pſ. 27: 9. אַל־תַּסְתֵּר פָּנֶיךָ מִמֶּנִּי אַל־תַּט בְּאַף עַבְדֶּךָ ||| עֶזְרָתִי הָיִיתָ || אַל־תִּטְּשֵׁנִי וְאַל־תַּעַזְבֵנִי | אֱלֹהֵי יִשְׁעִי׃ |||| *Ne occultes faciem tuam a me, ne inclines in iram erga ſervum tuum: Auxilium fuiſti; ne omittas me neque deſeras me, o Deus ſalutis meae.*

Parall. Prov. 1: 22.

§. 16. *Periodus Minor* eſt, quae tribus, vel duobus tantum Diſtinctivis eſt inſtructa. Harum illa Minor, haec Minima Diſtinctionis cauſa appellabitur.

§. 17. Periodus, quae tribus Diſtinctivis gaudet, his modis varia eſt:

1. *Summus, Minimus & Magnus*, omiſſo Minore & Majore.

Pſ. 25: 15. עֵינַי תָּמִיד אֶל־יְהוָה || כִּי הוּא־יוֹצִיא מֵרֶשֶׁת | רַגְלָי׃ ||| *Oculi mei jugiter ad Dominum ſunt; nam ille educet ex rete, pedes meos.*

Parall. Pſ. 60: 1. Prov. 2: 17.

II. *Summus, Minimus & Major.*

Pſ. 3: 3: רַבִּים אֹמְרִים לְנַפְשִׁי || אֵין יְשׁוּעָתָה לּוֹ בֵאלֹהִים | סֶלָה׃ |||

Multi

Multi dicunt animae meae: Nulla eſt ſalus illi in Deo, Selah.

Parall. Pſ. 125: 3.

III. *Summus Minor & Magnus.*

Pſ. 61: 2. שִׁמְעָה אֱלֹהִים רִנָּתִי || הַקְשִׁיבָה | תְּפִלָּתִי׃ ||| *Audi o Deus clamorem meum, attende vel auſculta, orationem meam.*

Parall. Prov. 1: 12.

IV. *Summus, Minor & Major.*

Pſ. 32: 1. לְדָוִד מַשְׂכִּיל || אַשְׁרֵי נְשׂוּי־פֶּשַׁע | כְּסוּי חֲטָאָה׃ ||| *Davidis Maskil. Beatus cui ablata iniquitas, tectum peccatum (cui eſt.)*

Parall. Pſ. 47: 10. 55: 23.

V. *Summus, Magnus & Major.*

Pſ. 31: 11. כִּי כָלוּ בְיָגוֹן חַיַּי וּשְׁנוֹתַי בַּאֲנָחָה || כָּשַׁל בַּעֲוֹנִי כֹחִי | וַעֲצָמַי עָשֵׁשׁוּ׃ ||| *Nam conſumptae ſunt in maerore, vitae meae (dies,) & anni mei in gemitu: impegit in iniquitate mea robur meum, ut oſſa mea contabuerint.*

Parall. Pſ. 57: 2. Pſ. 31: 12.

VI. Unicus modus poſſibilis adhuc ſupereſt, ut ſcilicet omiſſo utroque Magno & Majore, Minimus & Minor adſit. Cujus tamen exempla non dantur, praeterquam Pſ. 68: 20. in vitioſis Codicibus. Trium Diſtinctivorum periodus ſcilicet, ſemper Magnum vel Majorem poſtulat.

§. 18.

§. 18. Periodus, quae duobus Diſtinctivis conſtat, *Minima* recte dicitur, neque enim paucioribus Diſtinctivis abſolvi poteſt verſiculus. Adſunt vero hoc ordine Diſtinctivi.

I. *Summus & Minimus.*

Pſ. 38: 1. מִזְמוֹר לְדָוִד | לְהַזְכִּיר׃ || *Pſalmus Davidis, in memoriale.*

Parall. Pſ. 61: 1.

II. *Summus & Minor.*

Pſ. 21: 1. לַמְנַצֵּחַ | מִזְמוֹר לְדָוִד׃ || *Praefecto, Pſalmus Davidis.*

Parall. Pſ. 9: 1. 104: 35.

III. *Summus & Magnus.*

Pſ. 48: 5. כִּֽי־הִנֵּה הַמְּלָכִים נוֹעֲדוּ | עָבְרוּ יַחְדָּו׃ || *Nam ecce Reges convenerunt: proceſſerunt ſimul.*

Parall. Pſ. 48: 6.

§. 19. Accentus Diſtinctivi, c. 2. §. 9. uti potiſſimum in periodo metrica attendendi ſunt, certis limitibus & terminis ſunt circumſcripti, quos tranſgredi non licet.

§. 20. *Diſtinctivus Summus* Silluc, ſolus & ſemper ultimam vocem tenet ſequente (:) Soph paſuc, & totam Hebraeorum periodum, ſine ulla exceptione claudit.

§. 21. *Diſtinctivus Major* ◌֥֤ Merca Mahpachatum, dum adeſt, ſemper prius hemiſtichium verſus

C 2

ſus formans, nunquam ultra quintam à Silluco vocem deſcendere poteſt, aſcendere vero à quinta ad quamvis aliam ulteriorem. c. 4. §. 30.

§. 22. *Diſtinctivus Magnus* ֑ Athnach, ordinariam ſedem habet, in quarta vel quinta voce, ita tamen, ut ad tertiam poſſit deſcendere, & ad ſextam adſcendere, ulterius autem locum non habeat. c. 4. §. 29.

§. 23. *Diſtinctivus Minor* ֗ Rhebia gereſchatum ordinarie ſecundam vel tertiam tenet, ad quartam rarius, neque niſi coacte aſcendit ob §. 24. c. 4. §. 19.

§. 24. *Diſtinctivus Minimus* ſecundam & tertiam ordinarie ſimul tenet, aliquando in tertia apparet, Minore ad quartam remoto §. 23. c. 4. §. 10.

§. 25. His obſervatis praecognitis certo conſtabit certius, quid in diſtinctione verſiculi libere, quid neceſſario accidat; unde firmius de ſingulis formari poterit judicium, his ſervatis terminis.

CAP. IV.

Ditio Silluci.

§. 1. ֽ *Silluc* Diſtinctivus Summus c. 2. §. 9. N. 1. ſemper in ultima periodi voce ſedem habet, ſequente Soph paſuc (:) c. 3. §. 20. totique praeeſt accentuum agmini. c. 2. §. 7.

§. 2.

§. 2. Ad immediatam ejus ditionem pertinet, cum Servus, tum Diſtinctivi reliqui, c. 2. §.9. prouti rerum vocumve ratio & nexus id exigit, vel admittit.

§. 3. *Servus* Silluci ordinarius eſt ֥ *Merca*, c. 2. §.13. N. 1. vel *Munach inferior*, c. 2. §. 13. N. 2. in proxima à Silluco voce. c. 3. §. 6.

§. 4. ֥ *Merca* ſervit Silluco ordinarie, dum vox ſecunda, quae ſervo notanda eſt, perfectam ante tonum habet ſyllabam. Ut:

Pſ. 130: 6. שֹׁמְרִ֥ים לַבֹּֽקֶר׃ *obſervantes matutinum.*
Job. 9: 3. אַחַ֥ת מִנִּי־אָֽלֶף׃ *Unum ex mille.*
Prov. 22: 11. רֵעֵ֥הוּ מֶֽלֶךְ׃ *Amicus ejus Rex.*
Job. 15: 20. נִצְפְּנ֥וּ לֶעָרִֽיץ׃ *occultati ſunt oppreſſori.*
Pſ. 22: 12. כִּי־אֵ֥ין עוֹזֵֽר׃ *nam non eſt auxilium ferens.*

Parall. Pſ. 21:6. 24:8. 26:12. 31:19. 43:4. 45:9. &c.
Prov. 8: 1. c. 10: 12. c. 11: 13. c. 12: 8. c. 14: 14. c. 15: 2. &c.
Job. 4: 18. c. 5: 8. c. 6: 13. c. 7: 16. c. 8: 10. c. 12: 2. &c.

§. 5. ֣ *Munach* vero ſervit Silluco, in monoſyllabis aut diſſyllabis penacutis, ſive Scheva in initio vocis adfuerit, ſive non.

Pſ. 1: 1. לֹ֣א יָשָֽׁב׃ *non conſedit.*
Pſ. 18: 16. ר֣וּחַ אַפֶּֽךָ׃ *ſpiritus narium tuarum.*
Pſ. 37: 36. וְ֣לֹא נִמְצָֽא׃ *& non inventus eſt.*
Pſ. 27: 3. אֲנִ֣י בוֹטֵֽחַ׃ *ego confiſus ſum.*
Job. 22: 10. פַּ֣חַד פִּתְאֹֽם׃ *terror ſubito.*

Pſ. 47: 4. תַּחַת רַגְלֵינוּ: *ſub pedibus noſtris.*

Prov. 7: 19. בְּדֶרֶךְ מֵרָחוֹק: *in via e longinquo.*

Job. 13: 28. אֲכָלוֹ עָשׁ: *comedit eum tinea.*

Parall. Pſ. 18: 25. 20: 7. 25: 13. 31: 20. 32: 9. 35: 12. &c.
Prov. 3: 23. c. 4: 19. c. 5: 20. c. 6: 11. c. 7: 7. c. 8: 29. c. 9: 6. &c.
Job. 7: 6. c. 8: 15. c. 9: 13 c. 10: 5. c. 11: 15. c. 12: 14. c. 13: 20.

§. 6. Extra ordinem & rarius adeſt, ֦ *Merca Sarkatum* & ֤ *Munach Superior.*

§. 7. ֦ *Merca Sarkatum* nonnunquam reperitur ſi compoſitio fieri poteſt. c. 1. §. 18. ut Pſ. 10: 3. נִאֵץ יְהוָה: *ſprevit Dominum.* Imò aliquando in duabus vocibus per Maccaph implicitum cohaerentibus hic ſervus occurrit. c. 1. §. 18. ut *Pſ.* 18: 20. כִּי חָפֵץ בִּי: *nam beneplacitum eſt in me.*

§. 8. ֤ *Munach ſuperior* ſemper ſervit quando in tertia voce Minimus adhibetur §. 15.

Pſ. 3: 1. אַבְשָׁלוֹם בְּנוֹ: *Abſalon filius ejus.*

Pſ. 18: 31. הַחוֹסִים בּוֹ: *qui confidunt in eum.*

Parall. vid. §. 16.

§. 9. *Diſtinctivi* qui immediato jure Silluco ſubſunt, ſunt illi c. 2. §. 9. enarrati, hoc ordine. c. 3. §. 9.

Minimus, Minor, Magnus & Major.

§. 10. *Diſtinctivus Minimus* ſedem habet vel in ſecunda, vel in tertia voce c. 3. §. 25. & proinde varius eſt. §. 11.

§. 11. In ſecunda voce Diſtinctivus Minimus incidens eſt vel *Ordinarius* ֣ *Munach inferior* ſequente ut plurimum *Tiphcha* ֖ non anteriori in tertia a Silluco voce, unde *Munach Tiphchatus* dicitur: vel *Extraordinarius*; *Munach ſuperior* ֫ in ſecunda, ſequente alio ſervo ֫ *Munach ſuperiori* in tertia à Silluco voce.

§. 12. Silluco laborante c. 1. §. 26. ſi ſecunda vox ſit diſtinguenda, neceſſario adhibetur Minimus, & ordinarie quidem ֣ *Munach inferior*, ſequente in voce tertia ֖ *Tiphcha non anteriori*, qui *Munach Tiphchatus* nobis audit.

Pſ. 1: 3. וְכֹל אֲשֶׁר־יַעֲשֶׂה יַצְלִיחַ׃ *& quicquid faciet, proſperabitur.*

Prov. 1: 13. נְמַלֵּא בָתֵּינוּ שָׁלָל׃ *impleamus domos noſtras, ſpolio.*

Job. 9: 7. וּבְעַד כּוֹכָבִים יַחְתֹּם׃ *& cum adhuc ſtellae (apparent,) obſignabit (diem.)*

Parall. Pſ. 24:4. 26:9. 31:9. 34:15. 50:18. 55:10. &c.
Prov. 3: 27. c. 5: 17. c. 6: 6. c. 8: 7. c. 11: 27. c. 15: 29. &c.
Job. 4: 8. c. 5: 15. c. 6: 15. c. 9: 17. c. 13: 3. c. 15: 16. &c.

§. 13. Diſtinctivus Minimus, *Munach Tiphchatus*, aliquando in unica voce, ſed polyſyllaba apparet, ita ut ֣ Munach locum toni obtineat, ֖ Tiphcha autem locum Accentus Euphonici Metheg c. 1. §. 25. occupet: Qui etiam in nonnullis editionibus

nibus in pleriſque locis retinetur; ut ſolus ◌֣ *Munach inferior* in voce polyſyllaba non Servi vices gerat, ſed pro Diſtinctivo Minimo ſemper obſervari debeat. vid. c. 16. §. 13.

Pſ. 45: 15. מֽוּבָאֹ֥ות לָֽךְ׃ *adductae tibi.*

Pſ. 72: 4. וִֽידַכֵּ֥א עֹושֵֽׁק׃ *& contundet oppreſſorem.*

Parall. Pſ. 51: 11. 77: 13. 104: 23. 105: 9. 138: 7. 145: 4.
Prov. 1: 31. c. 13: 10. Pſ. 25: 4. Job. 12: 19. c. 37: 8.
Job. 17: 11. c. 28: 17. c. 31: 12. c. 33: 16. Prov. 2: 3. c. 3: 17.

§. 14. Extraordinarius Minimus in ſecunda à Silluco voce, eſt ◌֣ *Munach Superior*, ſequente in tertia alio ◌֣ *Munach Superiori*, potiſſimum in titulis Pſalmorum, Silluco laborante, ſecunda & tertia vero non laborantibus vel maccaphatis.

Pſ. 36: 1. לַמְנַצֵּ֬חַ לְעֶֽבֶד־יְהוָ֬ה לְדָוִֽד׃ *Praefecto ſervo Domini, Davidi.*

Parall. Pſ. 44: 1. 47: 1. 49: 1. 61: 1. 69: 1. 81: 1. 85: 1.

Semel pro ſervo ◌֣ Munach in voce tertia eſt ◌֤ Mahpach Sarkatum.

Pſ. 68: 20. הָאֵ֤ל יְֽשׁוּעָתֵ֬נוּ סֶֽלָה׃ *Deus ſalutis noſtrae, Selah.*

Singularis etiam eſt locus Pſ. 3: 3. ob ſubdiſtinctivum ◌֓ Schalſchelet.

Pſ. 3: 3. אֵ֤ין יְשׁ֓וּעָ֫תָה לּ֬וֹ בֵֽאלֹהִ֬ים סֶֽלָה׃ *Nulla ſalus eſt, ipſi in Deo eſt Selah.*

§. 15.

§. 15. *Diſtinctivus Minimus* in tertiam vocem incidens, §. 10. intermedio ſervo ֣ Munach ſuperiori, §. 8. eſt ֤ *Pſik cum Mahpach* c. 1. §. 5. c. 2. §. 5. N. 11. §. 9. N. 5. ordinarie, extraordinarie vero ֨ *Kadma Pſikatum.*

§. 16. Minimus ֤ *Mahpach Pſikatum*, Neceſſario adeſt, rariſſime tamen, quando ſcilicet omnes Diſtinctivi adſunt, & prima Diſtinctio in tertiam incidit. c. 3. §. 15. N. 1. ut

Pſ. 99: 4. וְעֹ֥ז מֶלֶךְ֮ מִשְׁפָּ֪ט אָ֫הֵ֥ב אַ֭תָּה כּוֹנַ֣נְתָּ מֵישָׁרִ֑ים מִשְׁפָּ֥ט וּ֝צְדָקָ֗ה בְּיַעֲקֹ֤ב׀ אַתָּ֬ה עָשִֽׂיתָ׃ *Utique robur eſt Regis quod judicium amat: Tu praeparaſti rectitudines; judicium & juſtitiam, in Jacobo tu feciſti.*

Paral. ſunt Pſ. 10: 14. 18: 7, 31. 127: 1.

§. 17. Libere vero, non tamen ſine cauſa, dum alter Majorum Diſtinctivorum abeſt; nam Minor Rhebia gereſchatum ſemper in hoc caſu adeſſe debet, ut plurimum ſine ſervo, aliquando tamen cum ſervo, dum ipſum Mahpach pſikatum nullum ſervum admittit.

Pſ. 3: 1. בְּבָרְח֗וֹ מִפְּנֵ֤י׀ אַבְשָׁל֬וֹם בְּנֽוֹ׃ *in fuga ejus, a facie Abſalomi filii ejus.*

Job. 3: 13. אָ֤ז׀ יָנ֬וּחַ לִֽי׃ *tunc quies erit mihi.*

Prov. 21: 29. ה֤וּא׀ יָבִ֬ין דַּרְכּֽוֹ׃ *ille praeparabit (intelliget) viam ſuam.*

Parall. Pſ. 20: 2. 45: 2. 47: 9. 56: 8. 73: 20. 74: 2. 88: 11. 98: 6. 102: 20. 104: 8. 105: 3. 119: 69, 104. 148: 4.

Prov. 19: 10. c. 25: 26. Var. Cod. Job. 5: 13. c. 15: 24. c. 21: 28. c. 36: 28. c. 37: 14.

§. 18. Extra ordinem, aſt Neceſſario, pro Mahpach pſikato adhibetur *Pſik Kadmatum*, dum in proxima voce ſequitur ſervus, quem Mahpach pſikatum non admittit, & praeterea Minor Diſtinctivus abeſt, dato Subdiſtinctivo Schalſchelet. c. 15. §. 9.

Pſ. 125: 3. לְמַעַן לֹא־יִשְׁלְחוּ הַצַּדִּיקִים בְּעַוְלָתָה יְדֵיהֶם׃
Propterea non immittent juſti, in iniquitatem manum ſuam.

Locus *Prov.* 8: 13. qui in tertia habet Pſik Kadmatum, huc pertinere videtur, ſed ut extraordinarius ob codicum varietatem notandus, niſi dicamus Kadma eſſe ſervum Munach & abeſſe Pſik, quod minus tamen probabile eſt.

§. 19. *Minor* Diſtinctivus ordinarius eſt *Rhebia gereſchatum*, c. 2. §. 9. cujus ſedes eſt in ſecunda & tertia ordinarie, dum excluditur Minimus, extraordinarie vero praeſente Minimo, ad quartam à Silluco vocem aſcendit. c. 3. §. 24.

§. 20. *Rhebia Gereſchatum* in ſecunda à Silluco voce Diſtinctionem facit, excluſo Minimo, ſi vox Silluci non laborat, c. 1. §. 26. & ſecunda eſt di-

Digitized by Google

diſtinguenda; Sive in tertia ſit ſervus, ſive Diſtinctivus Magnus. Servus in tertia.

Pſ. 7: 2. הוֹשִׁיעֵנִי מִכָּל־רֹדְפַי וְהַצִּילֵנִי׃ *Serva me ab omnibus perſequentibus me, & eripe me.*

Pſ. 17: 8. בְּצֵל כְּנָפֶיךָ תַּסְתִּירֵנִי׃ *Sub umbra alarum tuarum, abſcondes me.*

Prov. 10: 9. וּמְעַקֵּשׁ דְּרָכָיו יִוָּדֵעַ׃ *& pervertens vias ſuas, manifeſtus fiet.*

Job. 9: 12. מִי־יֹאמַר אֵלָיו מַה־תַּעֲשֶׂה׃ *quis dicet ad eum, quid facies?*

Parall. Pſ. 82: 2. 86: 3. 89: 34. 90: 17. 96: 6. 97: 10. 103: 2, 3. &c.
Prov 4: 5. c. 5: 11. c. 9: 8. c. 10: 26. c. 12: 3. c. 15: 17. c. 22: 27. &c.
Job. 9: 4, 6. c. 10: 11. c. 13: 23. c. 14: 20. c. 17: 14. c. 20: 23. c. 27: 6. &c.

Diſtinctivus Magnus in tertia occurrens, non mutat naturam Minoris, in ſecunda voce occurrentis.

Pſ. 2: 2. עַל־יְהוָה וְעַל־מְשִׁיחוֹ׃ *contra Dominum, & contra Unctum ejus.*

Prov. 8: 17. וּמְשַׁחֲרַי יִמְצָאֻנְנִי׃ *& qui me quaerunt, invenient me.*

Job. 16: 7. הֲשִׁמּוֹתָ כָּל־עֲדָתִי׃ *vaſtaſti, omnem caetum meum.*

Parall. Pſ 2: 1. 4: 6. 9: 15. 18: 24. 25: 21. 27: 5. 32: 10. &c.
Prov. 1: 18: c. 2: 9. c. 3: 8. c. 4: 6. c. 5: 16. c. 6: 2: c. 7: 18. c. 9: 13. &c.
Iob. 9: 15. c. 14: 17. c. 16: 19. c. 18: 8. c. 19: 18. c. 22: 5. c. 26: 11. &c.

Id quod patet vel ex illis locis, in quibus Silluco non laborante, Diſtinctivus eſt in tertia, ſequente ſervo & unico Magno.

Pſ. 89: 11. Iob 9: 3. Prov. 20: 14.

§. 21. Diſtinctivus Minor ⁓ Rhebia gereſchatum tertiam à Silluco vocem obtinet, ſive Silluc laborat, ſive non laborat, ſi prima Diſtinctio in vocem tertiam incidat, (neceſſario quidem ſi nullus detur Major,) ordinarie, ſive detur Major, ſive non, excluſo ſemper Minimo.

Pſ. 24: 8. יְהוָה גִּבּוֹר מִלְחָמָה׃ *Dominus, valens bello.*

Pſ. 78: 56. וְעֵדוֹתָיו לֹא שָׁמָרוּ׃ *teſtimonia ejus, non obſervarunt.*

Prov. 24: 34. וּמַחְסֹרֶיךָ כְּאִישׁ מָגֵן׃ *& egeſtas tua, ut vir clypei.*

Job. 9: 3. לֹא יַעֲנֶנּוּ אַחַת מִנִּי־אָלֶף׃ *non reſpondebit illi, unum ex mille.*

Pſ. 89: 11. בִּזְרוֹעַ עֻזְּךָ פִּזַּרְתָּ אוֹיְבֶיךָ׃ *brachio roboris tui, diſperſiſti hoſtes tuos.*

Parall. Pſ. 72: 12. 78: 65 80: 15. 81: 14. 84: 10. 87: 2. 95: 9. &c.
Prov. 2: 14. c. 3: 29. c. 4: 13. c. 5: 15. c. 6: 33. c. 7: 5. c. 10: 21: &c.
Job. 35: 14. c. 36: 12. c. 37: 7. c. 38: 14. c. 39: 5. c. 40: 8. c. 41: 16. &c.
Pſ. 6: 9. 7: 15. 8: 4. 9: 13. 10: 6. 12: 2. 13: 5. 16: 10. 17: 6. 18: 21. 21: 6. &c.
Prov. 1: 7. c. 3: 5. c. 4: 3. c. 5: 6. c. 6: 32. c. 8: 27. c. 9: 11. &c.
Iob. 3: 25. c. 4: 2. c. 5: 10. c. 7: 7. c. 8: 19. c. 9: 22. c. 11: 11. c. 12: 8. c. 13: 1. &c.

§. 22.

§. 22. Ad quartam à Silluco vocem Minor adſcendit, dato Minimo. c. 3. §. 23. & quidem rariſſime, dum Minimus eſt Munach Tiphchatus in ſecunda & tertia voce his in locis:

Pſ. 3: 5. וַיַּעֲנֵנִי מֵהַר קָדְשׁוֹ סֶלָה׃ *& reſpondebit mihi, ex monte ſancto ſuo.*

Parall. Pſ. 46: 8, 12. 66: 3. 75: 4.

Semper vero dum ֤ Mahpach Pſikatum eſt in tertia §. 17. ubi exempla pleraque ſunt enumerata.

§. 23. *Diſtinctivus Magnus* eſt ֑ *Athnach*, c. 2. §. 9. qui in ditione Silluci immediata, ſedem habet à tertia ad ſextam uſque à Silluco vocem, adeſtque vel neceſſario vel libere.

§. 24. In tertia a Silluco voce ֑ Athnachus adeſt libere, dum in ſecunda Silluci voce eſt ſervus ֥ Merca; Nam in tertia alias adeſſet Minor ordinarie, §. 21. qui non apparens, emphaſin Majoris Diſtinctivi adhibiti oſtendit.

Pſ. 19: 13. שְׁגִיאוֹת מִי־יָבִין מִנִּסְתָּרוֹת נַקֵּנִי׃ *Errores quis intelliget? ab occultis innocuum declara me.*

Prov. 30: 17. יִקְּרוּהָ עֹרְבֵי־נַחַל וְיֹאכְלוּהָ בְנֵי־נָשֶׁר׃ *effodient illum corvi torrentis, & comedent illum filii aquilae.*

Parall. Pſ. 20: 5. 30: 12. 31: 11. 34: 19. 35: 26. 41: 11. 54: 3. 55: 13. 57: 2, 11. 59: 2. 62: 11. 68: 24. 69: 23, 31. 72: 1, 2, 4. 73: 8. 78: 13, 18. 83: 16. 86: 2. 89: 22, 26, 36. 94: 6, 12. 97: 11. 116: 11, 12. 119: 20, 37, 40, 81, 108, 120, 123, 127, 133, 154, 156, 163, 167, 175. 126: 4. 132: 4. 145: 6, 11. Prov. 2: 4. c. 4: 26. c. 5: 21. c. 6: 14. Iob. 12: 3. c. 19: 2. c. 31: 4, 8. c. 37: 9. c. 42: 6.

His in locis vox Servi non laborat, aliis tamen in locis laborat quidem, ſed eſt vox Maccaphata, ſaltem non monoſyllaba ſimplex.

Pſ. 22: 12. כִּי־צָרָה קְרוֹבָה כִּי־אֵין עוֹזֵר׃ *nam anguſtia eſt propinqua cum nullus ſit auxilium ferens.*

Parall. Pſ. 26: 11. 30: 10. 37: 27. 39: 3. 41: 14. 55: 7, 18, 21. 89: 24. 91: 3. 119: 29, 35. Iob. 39: 12.

§. 25. Athnachus in tertia adeſt neceſſario, ſi Diſtinctivus in voce ſecunda praeceſſerit, ſive ſit Minimus ֥ Munach Tiphchatus in unica voce polyſyllaba; §. 13. ubi loca videri poſſunt, ut

Pſ. 31: 7. הָאִירָה פָנֶיךָ עַל־עַבְדֶּךָ הוֹשִׁיעֵנִי בְחַסְדֶּךָ׃ *Illuceſcere fac faciem tuam ſupra ſervum tuum, ſalva me in gratia tua.*

Sive Minor ֗ Rhebia gereſchatum §. 10. quia alius non datur Diſtinctivus in tertia, adſuerit.

Pſ. 2: 1. לָמָּה רָגְשׁוּ גוֹיִם וּלְאֻמִּים יֶהְגּוּ־רִיק׃ *Quare tumultuantur gentes, & populi meditantur inane.*

Job. 16: 19. הִנֵּה בַשָּׁמַיִם עֵדִי וְשָׂהֲדִי בַּמְּרוֹמִים׃ *Ecce in coelis teſtis meus eſt; & teſtimonium meum in excelſis.*

Parall. Pſ. 59: 10. 60: 9. 61: 2. 65: 7. 69: 20. 78: 3. 81: 11. 89: 39. 91: 16. 96: 3. 98: 9. 104: 6. 105: 7. 106: 47. 107: 28. 111: 2. &c.

Prov. 13: 21. c. 15: 1. c. 16: 11, 33. c. 18: 1. c. 23: 6. c. 26: 14. &c.

Iob. 22: 7. c. 23: 3. c. 25: 6. c. 26: 11. c. 31: 13. 34: 36. &c. vid. §. 20,

§. 26. In quarta à Silluco voce, ֑ Athnach Diſtinctivus Magnus adeſt ordinarie, & quidem ſi Minimus, §. 12. vel Minor, §. 20. 21. non ultra tertiam

a

a Silluco vocem ditionem habeat, ſive detur Major ſive non.

Pſ. 5: 8. אָבוֹא בֵיתֶךָ אֶשְׁתַּחֲוֶה אֶל־הֵיכַל־קָדְשְׁךָ בְּיִרְאָתֶךָ *Veniam domum tuam; proſternam me verſus templum ſanctitatis tuae, in timore tuo.*

Parall. Pſ. 21: 14. 47: 3. 77: 14. 90: 10. 99: 2. 102: 19. 104: 10. 106: 9. 107: 9. 139: 2. 141: 10. 147: 19.

Prov. 6: 8. c. 11: 24. c. 12: 3. c. 15: 21. c. 14: 3. c. 16: 19. c. 17: 11, 19. c. 18: 11, 13. c. 19: 28. c. 20: 15. c. 22: 14. c. 23: 10. c. 24: 5. c. 26: 21. c. 27: 23. c. 28: 19. c. 29: 3. &c.

Iob. 4: 5. c. 5: 12. c. 6: 5. c. 7: 3. c. 8: 14. c. 9: 32. c. 11: 8. c. 12: 18. c. 13: 27. c. 14: 1. c. 15: 18. c 16: 18. c. 17: 14. c. 18: 17. c. 19: 15. c. 21: 6. c. 22: 22. c. 23: 7. c. 24: 11. c. 25: 2. c. 26: 7. c. 27: 23. c. 28: 18. c. 29: 14. c. 30: 14. c. 31: 21. c. 32: 20. c. 33: 13. c. 34: 11. c. 35: 5. c. 36: 7. c. 37: 17. c. 38: 15. c. 39: 17. c. 40: 11. c. 41. 20.

Pſ. 18: 17. יִקָּחֵנִי יַמְשֵׁנִי מִמַּיִם רַבִּים׃ *Accipiet me, extrahet me, ex aquis multis.*

Prov. 9: 6. עִזְבוּ פְתָאיִם וִחְיוּ וְאִשְׁרוּ בְּדֶרֶךְ בִּינָה׃ *Deſerite ſtultitias & vivite, & recta incedite, in via intelligentiae.*

Parall. Pſ. 47: 6. 48: 3. 49: 20. 50: 4, 23. 51: 18. 53: 5. 55: 19. 56: 11. 57: 3. 60: 13. 65: 4. 67: 6. 69: 22. 70: 4. 71: 12. 72: 12. 73: 22, 27. &c.

Prov. 16: 9. c. 17: 1. c. 18: 19. c. 19: 11. c. 20: 24. c. 21: 9. c. 22: 29. c. 23: 1. c. 24: 6, 17. c. 25: 10. c. 26: 13. c. 27: 14, 25. c. 29: 6. c. 30: 31. c. 31: 6. &c.

Iob. 6: 30. c. 7: 6. c. 8: 10. c. 9: 29. c. 10: 5. c. 13: 10. c. 14: 6. c. 15: 11, 15. c. 16: 10. c. 17: 4 c. 18: 11. c. 19: 20. c. 20: 2c. c. 21: 13. c. 22: 28. &c

Pſ. 1: 6. יוֹדֵעַ יְהוָה דֶּרֶךְ צַדִּיקִים וְדֶרֶךְ רְשָׁעִים תֹּאבֵד׃ *Novit Dominus viam juſtorum, aſt via impiorum peribit.*

Prov. 1: 19. כֵּן אָרְחוֹת כָּל־בֹּצֵעַ בָּצַע אֶת־נֶפֶשׁ בְּעָלָיו יִקָּח׃

Ita

Ita ſe habent ſemitae omnis lucrum lucrantis, animam creditorum ſuorum capiet.

Parall. Pſ. 14: 6. 15: 5. 16: 11. 18: 43. 24: 4. 26: 6. 27: 2. 28: 4. 32: 8. 33: 20. 37: 29. 38: 18. 39: 12. 44: 16. 49: 11, 18. 50: 18. 55: 10. &c.

Prov. 18: 10. c. 19: 12. c. 20: 13. c. 21: 18. c. 22: 8. c. 23: 2. c. 24: 12. c. 25: 13. c. 26: 23. c. 27: 13. c. 28: 11, 25. c. 29: 17, 27. c. 30: 2, 25. c. 31: 10. &c.

Job. 11: 2, 19. c. 12: 20. c. 13: 19. c. 15: 16. c. 16: 14. c. 17: 15. c. 18: 9. c. 19: 12. c. 20: 14, 26. c. 21: 21. c. 22: 12. c. 23: 14. c. 24: 6. c. 26: 8. &c.

§. 27. In quinta à Silluco voce, ֑ Athnach apparet odinario, neceſſario quidem dato Majore, §. 30. libere vero abſente Majore, quia Major hanc vocem occupare poteſt, licet rarior adſit abſente Magno, §. 31. Requirit autem Athnach in quintam vocem incidens, vel Minimum, vel Minorem intercedentem, rarius utrumque admittit.

1. Minimus §. 12. hoc in caſu ſemper erit trium vocum Dominus, adeoque Subdiſtinctionem habebit propriam c. 3. §. 8. vide c. 8. §. 5.

Pſ. 24: 10. יְהוָה צְבָאוֹת הוּא מֶלֶךְ הַכָּבוֹד סֶלָה׃ *Jehovah Zebaoth, is eſt Rex gloriae, Selah.*

Parall. Pſ. 25: 15. 33: 21. 51: 21. 68: 11, 30. 39: 12. 62: 13. 69: 2. 71: 15. 83: 9. 94: 13. 106: 34. 127: 2. 143: 2. 148: 5.

Prov. 26: 1. c. 29: 13. Job. 8: 9. c. 11: 7. c. 12: 6. c. 14: 3, 13. c. 20: 4. c. 22: 12. c. 32: 1. c. 38: 5, 36.

Pſ. 12: 8. אַתָּה־יְהוָה תִּשְׁמְרֵם תִּצְּרֶנּוּ מִן־הַדּוֹר זוּ לְעוֹלָם׃
Tu Domine cuſtodies eos, ſervabis eum ab hac generatione, in ſeculum.

Parall.

Parall. Pſ. 10: 2. 7: 6. 13: 2, 3. 29: 11. 41: 8. 44: 9. 49: 14. 50: 6. 66: 7. 67: 5. 77: 4. 89: 2. 94: 17. 131: 1. 143: 6, 11.

Prov. 6: 10. c. 24: 33. Job. 5: 19. c. 15: 23. c. 16: 9. c. 40: 23.

Pſ. 55: 10. בַּלַּע אֲדֹנָי פַּלַּג לְשׁוֹנָם כִּי־רָאִיתִי חָמָס וְרִיב בָּעִיר׃ *Deſtrue Domine, divide linguam eorum: nam vidi violentiam & contentionem, in urbe.*

Parall. Pſ. 52: 7. 56: 1. 61: 5. 62: 13. 66: 15. 81: 8. 28: 8. 59: 6. 84: 9. 89: 46, 48. Prov. 3: 27.

Pſ. 4: 8. נָתַתָּה שִׂמְחָה בְלִבִּי מֵעֵת דְּגָנָם וְתִירוֹשָׁם רָבּוּ׃ *Dediſti laetitiam in corde meo, ab illo tempore quo frumentum & muſtum eorum, multiplicarentur.*

Parall. Pſ. 76: 4. 78: 25. 106: 34. 119: 84. 147: 10.

11. Minor ſi adfuerit in ſecunda a Silluco voce, trium tamen vocum Ditionem nactus. c. 7. §. 8.

Pſ. 74: 22. קוּמָה אֱלֹהִים רִיבָה רִיבֶךָ זְכֹר חֶרְפָּתְךָ מִנִּי־נָבָל כָּל־הַיּוֹם׃ *Surge Deus, contende contentionem tuam: memor ſis opprobrii tui a ſtulto, quotidie (tibi illati.)*

Parall. Prov. 23: 17. c. 27: 19.

Vel in tertia, cum ſervo in quarta.

Pſ. 6: 9. סוּרוּ מִמֶּנִּי כָּל־פֹּעֲלֵי אָוֶן כִּי־שָׁמַע יְהוָה קוֹל בִּכְיִי׃ *Recedite a me, omnes operantes vanitatem; nam audivit Dominus, vocem clamoris mei.*

Parall. Pſ. 7: 15. 8: 4. 9: 13. 10: 7. 11: 4. 12: 2. 13: 4. 14: 7. 15: 4. 16: 10. 17: 4. 18: 21. 19: 6. 21: 3. 22: 11. 23: 4. 25: 11. 26: 4. 27: 4. 29: 5. &c.

Prov. 5: 6. c. 6: 3, 15, 18, 19, 29, 32, 34. c. 7: 10, 13. c. 8: 8, 14. c. 9: 9, 11. c. 10: 1, 5, 6, 14. c. 11: 18, 22. c. 12: 23. c. 13: 12, 13, 19, 23, 24. c. 15: 2, 4, 14, 16, 18, 20, 24, 28, 32. c. 16: 5, 8, 12, 16, 17, 19, 21, 24, 30, 32. c. 17: 1, 5,

18, 20. c. 18: 23. c. 19: 1, 19, 21, 22, 24. c. 20: 6, 14, 19, 22. c. 21: 11, 13, 21, 26, 30. c. 22: 5, 6, 7, 10, 15, 16, 21. c. 23: 1. c. 25: 2, 3, 6, 18, 20, 23, 25. c. 27: 10. c. 28: 4, 12, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 24. c. 29: 1, 24. c. 30: 4, 5, 7, 21. c. 31: 21.

Job. 3: 17, 18, 25. c. 4: 2, 12, 20. c. 5: 4, 7, 10. c. 6: 10. c. 7: 7, 10, 16, 19. c. 8: 15. c. 10: 20. c. 11, 12. c. 12: 8, 9, 14. c. 13: 1, 16. c. 14: 2. c. 16: 3, 4. c. 19: 21. c. 20: 17, 18, 19. c. 21: 10, 14, 16. c. 23: 6, 9. c. 25: 7, 12, 13, 14, 15, 19. 20. c. 31: 35. c. 33: 3, 13, 21. c. 34: 34. c. 35: 14. c. 36: 16, 21. c. 37: 4, 23. c. 38: 11, 20, 29, 37. c. 39: 24, 30. c. 41: 2, 4, 5.

111. Uterque & Minimus & Minor. §. 22. coll. §. 17. ubi exempla, parallela plura, nec non §. 16.

Pſ. 47: 9. מָלַךְ אֱלֹהִים עַל־גּוֹיִם אֱלֹהִים יָשַׁב עַל־כִּסֵּא קָדְשׁוֹ׃ *Regnavit Deus, in gentes; Deus, conſedit, in throno ſanctitatis ſuae.*

Job. 15:24. יְבַעֲתֻהוּ צַר וּמְצוּקָה תִּתְקְפֵהוּ כְּמֶלֶךְ עָתִיד לַכִּידוֹר׃ *Percellent eum, arctum & anguſtia: prehendent eum, ut rex inſtructus in acie.*

§. 28. Ad ſextam rarius adſcendit Athnach, quia haec vox eſt propria ſedes Majoris. Occurrit tamen & Athnach in ſexta dato Minimo, vel Minore, vel utroque, ut plurimum non dato Majore.

Pſ. 32: 5. אוֹדֶה עֲלֵי פְשָׁעַי לַיהוָה וְאַתָּה נָשָׂאתָ עֲוֹן חַטָּאתִי סֶלָה׃ *Confitebor ſuper iniquitates meas, Domino; & tu ſuſtuliſti iniquitatem peccatorum meorum. Selah.*

Parall. Pſ. 42: 2. Job. 37: 12.

Pſ.

Pſ. 23: 5. נֶגֶד צֹרְרָי דִּשַּׁנְתָּ בַשֶּׁמֶן רֹאשִׁי כּוֹסִי רְוָיָה׃ *coram inimicis meis; Inungis oleo caput meum, poculum meum plenum eſt.*

Parall. Pſ. 44: 2. 45: 10. 52: 11. 55: 4. 68: 34. 72: 10: 79: 9. Prov. 28: 2. Job. 7: 9. c. 16: 8.

Prov. 25: 1. גַּם־אֵלֶּה מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹה אֲשֶׁר הֶעְתִּיקוּ אַנְשֵׁי חִזְקִיָּה מֶלֶךְ־יְהוּדָה׃ *Et haec ſunt quoque proverbia Salomonis; quae tranſtulerunt, viri, Ezeckijae regis Jehudae.*

Parall. Pſ. 18: 31. 66: 3. 68: 19.

§. 29. Ad ſeptimam vel octavam a Silluco vocem, non adſcendere Magnum c. 3. §. 22. dictum eſt. Dantur vero duo loca, quae obſervanda: Job. 32: 6. variantibus codicibus, & Pſ. 18: 1. ubi tamen hoc videtur fieri neceſſario, ob praeſentiam Majoris in decima tertia vel quarta.

§. 30. *Diſtinctivus Major* ֦ *Merca Mahpachatum*, c. 2. §. 9. in Ditione Silluci ſemper prius hemiſtichium format, c. 3. §. 21. adeſſe autem nequit, niſi in quinta ſextave, & ulterius a Silluco diſtante voce: Ubi occurrit neceſſario, dum Athnach praeceſſit, vel dum in ſeptimam ulterioremve vocem incidit; quia Athnach non poteſt repeti, nec uſque ad ſeptimam adſcendere.

§. 31. In quinta voce libere adeſt & extraordinarie, abſente Athnacho, qui in hac voce eſt ordinarius. §. 27.

Pſ. 1: 2. כִּי אִם־בְּתוֹרַת יְהוָה חֶפְצוֹ וּבְתוֹרָתוֹ יֶהְגֶּה יוֹמָם וָלָיְלָה׃ *Aſt ſi in lege Domini beneplacitum ejus: & in lege ejus meditabitur dies noctesque.*

Parall. Pſ. 4: 7. 5: 7. 31: 21. 42: 5, 10. 43: 2, 4. 55: 23. 68: 20. 109: 28. 124: 7. 144: 13.

Praeſente Magno §. 24. 25. 26. vero, neceſſario §. 30. ut

Pſ. 3: 6. אֲנִי שָׁכַבְתִּי וָאִישָׁנָה הֱקִיצוֹתִי כִּי יְהוָה יִסְמְכֵנִי׃ *Ego cubavi, & dormiam: expergefactus ſum; nam Dominus, ſuſtentabit me.*

Parall. Pſ. 15: 5. 127: 5. Job. 27: 5. item Pſ. 5: 10, 13. 7: 1. 9: 15. 14: 3. 18: 13. 19: 10. 29: 9. 32: 10. 53: 4. 62: 4, 5. 64: 8. 68: 21, 22, 35. 69: 4. 72: 17. 76: 12. 79: 13. 96: 13. 98: 9. 118: 27 123: 5. 126: 6. 132: 1, 11, 12. 133: 2. 135: 6. 140: 11, 12. Job. 3: 9. item Pſ. 18: 36. 28: 7. 30: 10, 12. 31: 12. 32: 1, 7. 35: 26. 57: 2. 58: 3. 62: 11. 68: 24. 77: 7. 107: 3. 116: 8. Prov. 24: 24. 30: 17. Iob. 24: 16.

§. 32. In ſexta a Silluco voce, Major hic adeſt, vel libere, abſente Magno §. 28.

Pſ. 30: 6. כִּי רֶגַע בְּאַפּוֹ חַיִּים בִּרְצוֹנוֹ בָּעֶרֶב יָלִין בֶּכִי וְלַבֹּקֶר רִנָּה׃ *Nam momentum eſt in ira ejus, vita eſt beneplacitum ejus: in veſpera pernoctabit fletus meus, mane autem (erit) cantus.*

Parall. Pſ. 30: 8. 31: 6, 10, 19. 40: 3. 47: 10. 51: 6. 55: 22. 64: 10. 92: 12. Prov. 1: 21. Job. 11: 6. 34: 10.

Vel neceſſario, praeſente Athnacho §. 24-27.

Pſ. 4: 9. בְּשָׁלוֹם יַחְדָּו אֶשְׁכְּבָה וְאִישָׁן כִּי־אַתָּה יְהוָה לְבָדָד לָבֶטַח תּוֹשִׁיבֵנִי׃ *In pace una cubabo & dormiam: nam tu Domi-*

mine ſolus es ille; (qui) ſecure, habitare facies me.

Pſ. 7: 9. יְהוָה יָדִין עַמִּים שָׁפְטֵנִי יְהוָה כְּצִדְקִי וּכְתֻמִּי עָלָי׃ *Dominus judicabit populos: Judica me Domine; ſecundum juſtitiam meam & ſecundum integritatem meam, de me (judica.)*

Parall. Pſ. 10: 18. 14: 2. 17: 14. 18: 16. 27: 5, 14. 28: 1, 3. 29: 3. 35: 4, 8, 17, 20. 56: 8. 37: 14. 40: 4, 15, 18. 42: 3. 51: 19. 53: 3. 59: 1. 62: 10. 65: 5. 66: 12. 68: 19. 69: 7. 70: 3, 6. 71: 13, 18, 19, 22. 72: 15. 74: 9. 78: 5, 38, 71. 79: 6. 84: 3, 4. 98: 3. 101: 6, 7. 104: 3. 128: 1, 3. 129: 1. 130: 2. 137: 8. 139: 12, 14. 143: 10. 144: 12.

Prov. 3: 3. c. 23: 31, 35. c. 30: 9, 14. Jobi c. 11: 20. c. 14: 14. c. 24: 13. c. 30: 1, 3. c. 32: 3. c. 36: 11. c. 37: 6.

Item Pſ. 6: 3. 7: 9. 9: 7, 21. 12: 3. 13: 6. 25: 7. 59: 13. 101: 3. 108: 8. 130: 7. 140: 4. 142: 4, 7. Prov. 1: 10. c. 8: 30. c. 30: 19. Job. 11: 6: c. 33: 9. c. 34: 10. Prov. 8: 13.

§. 33. In ſeptima, octava & ulteriori a Silluco voce, ſi Diſtinctivus adſit, neceſſario adhibendus eſt Major, Merca Mahpachatum ֦, ſive Athnachus ֑ anteceſſerit, ſive non.

Pſ. 11: 6. יַמְטֵר עַל־רְשָׁעִים פַּחִים אֵשׁ וְגָפְרִית וְרוּחַ זִלְעָפוֹת מְנָת כּוֹסָם׃ *Pluet ſuper improbos, laqueos; ignem & ſulphur, & ventum procelloſum, in portionem calicis eorum.*

Parall. Pſ. 18: 51. 31: 23. 7:: 19. 73: 1. 145: 21.

Pſ. 24: 1. לְדָוִד מִזְמוֹר לַיהוָה הָאָרֶץ וּמְלוֹאָהּ תֵּבֵל וְיֹשְׁבֵי בָהּ׃ *Davidis Pſalmus. Domini, eſt terra & plenitudo ejus; habitabilis, & habitatores in ea.*

Parall. Pſ. 11: 4. 12: 8. 15: 1. 16: 4. 18: 49. 20: 7. 22: 15, 17. 24: 1, 8, 10.

27: 3, 9. 31: 8, 20. 36: 5. 37: 7, 24. 39: 13. 40: 17. 48: 3. 52: 2. 59: 17. 68: 9, 18. 69: 21. 70: 5. 71: 20. 73: 28. 74: 1. 78: 1, 20, 50. 79: 10. 80: 15. 84: 11. 86: 16. 87: 4. 88: 1, 9. 99: 8. 101: 5. 102: 3. 104: 25, 29. 110: 3. 115: 12. 121: 1. 123: 2. 124: 1. 125: 1. 128: 5. 135: 7. 137: 6, 7. 142: 6, 8. 143: 7, 8, 12. 144: 11.

Prov. 5: 19. c. 7: 22. c. 23: 7. c. 24: 14. c. 30: 16, 20.

Iob. 7: 11: c. 8: 6. c. 10: 1. c. 14: 7. c. 18: 4. c. 21: 33. c. 30: 15. c. 32: 2. c. 38: 41.

Item Pſ. 16: 11. 18: 44. 27: 2. 28: 4. 39: 2. 57: 7. 59: 14. 79: 8. 82: 1. 86: 1. 88: 10. 102: 27. 109: 16. 122: 1. 131: 2. 133: 1. 138: 8. 142: 5. 144: 2.

Item Pſ. 9: 17. 27: 11. 31: 14. 42. 6. 86: 2.

In octava, ut Pſ. 93: 1. יְהוָה מָלָךְ גֵּאוּת לָבֵשׁ לָבֵשׁ יְהוָה עֹז הִתְאַזָּר אַף־תִּכּוֹן תֵּבֵל בַּל־תִּמּוֹט׃ *Dominus regnavit, celſitudinem induit: induit ſe Dominus, robore accinxit ſeſe; etiam firma erit habitabilis, non dimovebitur.*

Parall. Pſ. 10: 14. 14: 4. 18: 3, 7, 31. 31: 24. 32: 6. 35: 10, 15, 27. 40: 6. 42: 7, 12. 43: 5. 46: 10. 50: 1. 55: 5, 6. 57: 5. 63: 12. 68: 3, 5, 14, 17. 72: 16. 84: 12. 86: 17. 90: 17. 97: 10. 100: 3. 103: 20. 126: 2. 133: 3. 138: 7. 141: 1. 144: 14. 145: 1.

Iob. 7: 20. c. 14: 12. c. 31: 7 c. 34: 20. Item Pſ. 24: 4. 52: 7. 55: 20. 56: 5. 67: 5. 81: 8. 104: 1. Iob. 32: 12. item Pſ. 51: 3. 90: 1. item Pſ. 85: 9.

In nona a Silluco voce adeſt, locis ſequentibus: Pſ. 1: 1. אַשְׁרֵי הָאִישׁ אֲשֶׁר לֹא הָלַךְ בַּעֲצַת רְשָׁעִים וּבְדֶרֶךְ חַטָּאִים לֹא עָמָד וּבְמוֹשַׁב לֵצִים לֹא יָשָׁב׃ *Beatus vir ille, qui non ambulavit, in conſilio improborum; & in via peccatorum, non ſtetit, atque in conſeſſu irriſorum, non conſedit.*

Parall. Pſ. 2: 7. 11: 1. 12: 6. 14: 7. 27: 4. 29: 1. 45: 8. 53: 7. 60: 2. 69: 5. 99: 4. 99: 4. 134: 1. 145: 1. Pſ. 77: 3. Prov. 8: 34. Iob. 42: 3.

In

In decima, ut Pſ 49: 15. 68: 36. Pſ. 63: 2. 131: 1. Pſ. 106: 23. 110: 1.
In undecima, ut Pſ. 14: 1. 17: 1. 79: 1. 88: 6.
In duodecima, ut Pſ. 88: 6. & Prov. 24: 12. Job. 32: 6. variantibus codicibus.
In decima tertia vel quarta, ut Pſ. 18: 1. 127: 1. Iob. 16: 4.

Atque haec ſi non omnia, ſaltem pleraque ſunt loca, in quibus hic Major, Merca Mahpachatum reperitur, unde de illo rectius fieri poteſt judicium.

TABULA

Ditionis Silluci.

Summus.	Servi ord.	Servi extraord.	Minimi ord.	Minimi extraord.	Domini Minor.	Domini Magn.	Domini Major.



CAP. V.

DITIO MERCA MAHPACHATI.

§. 1. *Merca Mahpachatum*, Diſtinctivus Major, c. 2. §. 9. N. 2. in Ditione Silluci, c. 4. §. 30. propriam Ditionem ſemper poſtulat, & Subdiſtinctivorum ſuorum c. 2. §. 10. reſpectu, fit Summus, c. 3.

c. 3. §. 2. & novum voces Ditionis ſuae immediatae, c. 3. §. 5. quae ad minimum duarum erit vocum, numerandi conſtituit principium.

§. 2. *Servus* ejus *ordinarius*, cujus ſedes eſt vox ſecunda, c. 3. §. 6. eſt ֥ *Jerach ben jomo.* c. 1. §. 5. N. 19. c. 2. §. 13. N. 5. qui nunquam in Ditione duarum vocum, ſed ſemper dum tertia eſt diſtinguenda, locum invenit. vide §. 7. 13.

Pſ. 1: 1. בַּעֲצַת רְשָׁעִים *in conſilio impiorum.*

Prov. 1: 11. לְכָה אִתָּנוּ *ito nobiſcum.*

Job. 7: 20. נֹצֵר הָאָדָם *cuſtos hominis.*

Parall. Pſ. 1: 3. 3: 2. 4: 7. 5: 7. 7: 9. 31: 6. &c. Prov. 23: 31. c. 30: 16. Job. 3: 6, 9. c. 7: 11. c. 20: 25. c. 27: 5. c. 29: 25. c. 30: 16. c. 31: 7. c. 32: 3. &c.

§. 3. *Extra ordinem* ſerviunt Merca Mahpachato licet rarius, 1. ֤ *Mahpach*, dum in tertia eſt ֮ Sarka. c. 2. §. 13. N. 4.

Pſ. 6: 3. כִּי אֻמְלַל אָנִי *nam infirmus ego.*

Pſ. 24: 8, 10. מֶלֶךְ הַכָּבוֹד *Rex gloriae.*

Parall. Pſ. 12: 3. 16: 11. 49: 15. 51: 19. 68: 22. 72: 15. 78: 5. 95: 7. 100: 3. 137: 7. nec plura ſunt obſervata.

§. 4. 2. Dum in tertia quod rariſſime accidit §. 14. eſt Rhebia, in ſecunda *ſervit extra ordinem* ֥ *Merca* c. 2. §. 13. N. 1.

Pſ.

Pſ. 15: 5. לֹא לָקָח *non accepit.*

Pſ. 35: 10. מִי כָמוֹךָ *quis ſicut tu.*

Prov. 30: 9. מִי יְהוָה *quis eſt Jehovah.*

Pſ. 42: 5. עַד־בֵּית אֱלֹהִים *ad domum Dei.*

§. 5. Subdiſtinctivi Ditionis Merca Mahpachati ſunt, alius *Proprius*, alius *Communis.*

§. 6. *Proprius Subdiſtinctivus* eſt ◌֩ *Sarka* c. 2. §. 11. N. 2. qui in nulla alia Ditione apparet, ſedemque habet ordinariam, in tertia quartave a Merca Mahpachato voce, vix ad ſecundam deſcendens, ad quintam ulterioremve vero non niſi repetito rariſſime aſcendit.

§. 7. ◌֩ *Sarka* Subdiſtinctivus, *in tertia*, *Ordinarius eſt & Proprius Minor*, adeſt, ſi ſecunda ſit conjuncta per ſervum, ◌֪ Jerach ben jomo, §. 2. vel ◌֤ Mapach; §. 3. ſive ditio ◌֦ Merca Mahpachati ſit trium, ſive plurium vocum.

Pſ. 7: 9. יְהוָה יָדִין עַמִּים *Dominus, judicabit populos.*

Prov. 1: 11. אִם־יֹאמְרוּ לְכָה אִתָּנוּ *ſi dicent, ito nobiſcum.*

Job. 3: 9. יֶחְשְׁכוּ כּוֹכְבֵי נִשְׁפּוֹ *tenebrae erunt, ſtellae crepuſculi ejus.*

Parall. Pſ. 3: 3. 5: 7, 13. 7: 9. 11: 5. 18: 31, 36, 44, 51. 31: 6. 35: 15, 17. 45: 15. 52: 7. 53: 5. 56: 5. 58: 3. 63: 12. 68: 14. 102: 3. 109: 27. 115: 12. 123: 4. 130: 2. 138: 8. 139: 12. 143: 12. Job. 7: 11. c. 20: 25. c. 30: 12. &c.

Pſ. 31: 10. חָנֵּנִי יְהוָה כִּי צַר לִי *gratiam fac mihi Domine, nam anguſtia mihi eſt.*

Job. 27: 5. חָלִילָה לִּי אִם־אַצְדִּיק אֶתְכֶם *abſit a me, ut juſtificem vos.*

Parall. Pſ. 4: 9. 12: 6. 16: 4. 27: 3. 28: 3, 4. 30: 10, 12. 35: 4, 27. 42: 6, 7. 46: 10. 48: 3. 51: 19. 53: 4. 59: 1, 14. 62: 11. 68: 5. 71: 13. 76: 12. 77: 3. 79: 11. 80: 15. 86: 2. 93: 1. 99: 4, 8. 110: 3. 116: 16. 137: 7. 140: 12. 144: 2.

Prov. 8: 13, 34. c. 23: 31. Job. 5: 6. c. 29: 25. c. 31: 7. c. 32: 3. Item Pſ. 118: 27. 142: 7, 8. 143: 7, 8. Prov. 24: 24. c. 30: 14, 15, 17. Job. 7: 21. c. 11: 6. c. 16: 4. c. 32: 2, 6. c. 34: 20.

Huc pertinet quoque vox ſecunda, ſi prima polyſyllaba, loco Metheg acceperit ֪ Jerach ben jomo ſervum, quae tum venit pro duabus.

Pſ. 5: 11. יִפְּלוּ מִמֹּעֲצוֹתֵיהֶם *cadent, propter conſilia ſua.*

§. 8. Tribus in locis, ob emphaſin, ſecunda vox loco ſervi ֪ Jerach, vel ֤ Mahpach, habet ֗ Rhebia, unde Minor hic ordinarius, longius a ſuo Summo diſtans, magis diſtinguit. c. 3. §. 10.

Pſ. 22: 15. כַּמַּיִם נִשְׁפַּכְתִּי וְהִתְפָּרְדוּ כָּל־עַצְמוֹתָי *Inſtar aquarum effuſus ſum; diviſa ſunt, omnia oſſa mea.*

Pſ. 39: 13. הַאֲזִינָה אֶל־דִּמְעָתִי אַל־תֶּחֱרַשׁ *Auſculta, ad lacrymas meas, ne ſileas.*

Prov. 23: 35. הִכּוּנִי בַל־חָלִיתִי הֲלָמוּנִי בַּל־יָדָעְתִּי *Percuſſerunt me dum non aegrotavi, contuderunt me, dum nihil novi.*

§. 9. ≃ *Sarka* Subdiſtinctivus *in quarta* appa-
ret, ſi alia interceſſerit Diſtinctio, ordinarie in
ſecunda, rarius in tertia.

Pſ. 13: 6. וַאֲנִי בְּחַסְדְּךָ בָטַחְתִּי יָגֵל לִבִּי בִּישׁוּעָתֶךָ *Ego vero in benignitate tua confiſus ſum, laetabitur cor meum, in ſalute tua.*

Parall. Pſ. 27: 9. 32: 4. 35: 10. 40: 6, 15. 42: 5. 51: 6. 55: 20. 56: 14. 59: 17. 69: 7. 79: 13. 132: 12. 144: 13. Prov. 30: 9, 19. Job: 30: 1.

§. 10. ≃ *Sarka* Subdiſtinctivus Proprius & Minoris Merca Mahpachati, quatuor in locis ad *ſecundam* vocem deſcendit.

Pſ. 140: 4. שָׁנְנוּ לְשׁוֹנָם כְּמוֹ־נָחָשׁ *Acuerunt linguam ſuam, ut anguis.*

Prov. 1: 22. עַד־מָתַי פְּתָיִם תְּאֵהֲבוּ פֶתִי *Quouſque ſtulti, amabitis ſtultitiam.*

Pſ. 78: 38. וְהוּא רַחוּם יְכַפֵּר עָוֺן וְלֹא־יַשְׁחִית *Ipſe vero eſt miſericors ut expiet iniquitatem, neque perdet.*

Pſ. 106: 47. הוֹשִׁיעֵנוּ יְהוָה אֱלֹהֵינוּ וְקַבְּצֵנוּ מִן־הַגּוֹיִם *Serva nos, Domine Deus noſter, & congrega nos, ex gentibus.*

§. 11. Repetitur quoque in tertia & quarta Pſ. 17: 14. in quarta & nona Pſ. 42: 5. conf. §. 18.

§. 12. *Subdiſtinctivus* alter, *Communis* dictus, quia Diſtinctivis aliis aeque inſervit, c. 6. §. 15. c. 7. §. 9.

9. eſt ⸗ *Rhebia*, qui eſt Subdiſtinctivus Magnus, in omnibus Ditionibus Diſtinctivorum. Sub ſolo Merca Mahpachato aliquando cum minore ⸗ Sarka alternat, qui nonnunquam ipſo Major evadit, §. 8. & 10. Ratio hujus permutationis haec eſt, quod ſedes hujus Magni ⸗ Rhebia eſſe poteſt vox ſecunda, ad quam Minor ⸗ Sarka non deſcendit, tuetur nihilominus ſatis dignitatem ſuam ⸗ Rhebia, quod ad quartam quintamve ordinarie aſcendat, dato Minore ⸗ Sarka in tertia.

§. 13. ⸗ *Rhebia Subdiſtinctivus Magnus*, in Ditione ⸗ Merca Mahpachati, ſecundam vocem diſtinguit; & quidem ſemper in Ditione duarum vocum; cum Merca Mahpachatum dignitatis ſit majoris, quam ut ſervum admittat. §. 2.

Pſ. 27: 14. קַוֵּה אֶל־יְהוָה *Expecta*, *Dominum.*

Prov. 1: 23. תָּשׁוּבוּ לְתוֹכַחְתִּי *Revertimini*, *ad redargutionem meam.*

Job. 30: 13. נָתְסוּ נְתִיבָתִי *Deſtruxerunt*, *ſemitam meam.*

Parall. Pſ. 2: 7. 4: 5. 14: 1, 2. 15: 1. 17: 1. 18: 13, 49. 22: 26. 24: 1. 29: 1. 32: 1. 59: 13. 64: 8. 74: 1, 9, 79: 1. 82: 1. 86: 1. 88: 6. 106: 23. 110: 1. 120: 1. 144: 14. 145: 1. Prov. 10: 1. Iob. 21: 23. c. 32. 12. c. 36: 11.

§. 14. Ordinarie quoque in Ditione trium pluriumve vocum, dum in ſecunda aliqua Diſtinctio in-

incidit, adhibendus eſt ∸ Rhebia, cum non niſi loca 4. allegata §. 10. excipiantur. conf. c. 9. §. 3.

Pſ. 3: 6. אֲנִי שָׁכַבְתִּי וָאִישָׁנָה *Ego cubavi, & dormiam.*

Job. 3: 4. הַיּוֹם הַהוּא יְהִי חֹשֶׁךְ *Dies ille, ſit tenebroſus.*

Parall. Pſ. 9: 15. 10: 18. 11: 6. 22: 17. 24: 4. 29: 3. 31: 8, 24. 32: 10. 36: 8. 37: 40. 66: 12. 67. 5. 68: 35. 78: 50, 71. 81: 8. 86: 16, 17. 88: 1, 9. 97: 10. 104: 3. 122: 1. 124: 1. 128: 5. 130: 7. 131: 1. 133: 1. 140: 11. 142: 6. 144: 7, 10. 145: 21. Prov. 3: 3. c. 5: 19. c. 8: 30. c. 25: 8. Iob. 3: 4. c. 8: 6. c. 11: 20. c. 18: 4. c. 24: 16. c. 33: 9.

Item Pſ. 55: 13. 60: 8. 63: 2. 73: 28. 78: 21. 84: 11. 87: 4. 108: 8. 115: 1. 135: 6. 138: 7.

Pſ. 18: 3. 116: 8. Prov. 6: 26. c. 7: 22. c. 23: 7. c. 24: 14. c. 25: 7. c. 30: 1, 20. Iob. 34: 10. c. 38: 41.

Item Pſ. 9: 21. 25: 7. Prov. 23: 5. Iob. 37: 6. Pſ. 90: 17. Iob. 42: 2.

§. 15. In tertia a Merca Mahpachato voce, non niſi extrordinarie & rariſſime adhibetur ∸ Rhebia, cum haec vox, ordinarie habeat ⁓ Sarka §. 6. 7. conf. §. 10.

Pſ. 15: 5. כַּסְפּוֹ לֹא־נָתַן בְּנֶשֶׁךְ וְשֹׁחַד עַל־נָקִי לֹא לָקָח *Qui argentum ſuum non dedit in uſuram, & donum contra innocentem, non accepit.*

Parall. Pſ. 35: 10. 42: 5. 133: 2. Prov. 30: 9.

§. 16. In quarta a Merca Mahpachato voce, ordinarius Magnus Subdiſtinctivus eſt ∸ Rhebia, ſi Minor ⁓ Sarka fuerit in tertia ſine ſervo; quod ſi Minor ſervum vel denuo Subdiſtinctivum habeat, in quinta ſextave voce Major Diſtinctio incidens, ordinarie ∸ Rhebia poſtulat.

Digitized by Google

Pſ. 1: 3. וְהָיָה כְּעֵץ שָׁתוּל עַל־פַּלְגֵי־מָיִם *Et erit, ut arbor, plantata ad rivos aquarum.*

Pſ. 1: 1. אַשְׁרֵי הָאִישׁ אֲשֶׁר לֹא הָלַךְ בַּעֲצַת רְשָׁעִים *Beatus vir ille, qui non ambulavit, in conſilio improborum.*

Parall. Pſ. 5: 11. 11: 4. 14: 2. 18: 16. 28: 1. 39: 2. 42: 7. 43: 4. 44: 4. 47: 10. 53: 3. 57: 2. 68: 22. 72: 15. 85: 9. 98: 9. 100: 3. 123: 2. 125: 2. 139: 16. 133: 3. 142: 4.

§. 17. Repetito quoque poni poteſt, hic Magnus ⏗ Rhebia, in hac ditione.

Pſ. 20: 7. עַתָּה יָדַעְתִּי כִּי הוֹשִׁיעַ יְהוָה מְשִׁיחוֹ *Nunc cognovi, quod ſervaverit Dominus, unctum ſuum.*

Conf. Pſ. 52: 9. 127: 5. 139: 14. item Pſ. 133: 2.

§. 18. Singulariſſimus eſt locus Pſ. 42: 5. ob repetitum utrumque ⏗ Rhebia & ⏗ Sarka, niſi errore typographi, poſterius ⏗ Sarka vel ⏗ Pſik Kadmatum praecedens irrepſerit, codicum fide & collatione dijudicandus.

TABULA

Merca Mahpachati.

	Servi		Domini		
Summus.	ord.	extraord.	Minor.	Magn.	Major.



CAP.

CAP. VI.

Ditio Athnachi.

§. 1. *Athnach*, ֑ *Diſtinctivus Magnus*, c. 2. §. 9. N. 3. in Ditione Silluci, c. 4. §. 23. nunquam in initio periodi apparet; aliquando tamen unius vocis ditionem habere poteſt, dato ſcilicet Majore in voce proxima. Pſ. 3: 6. הֱקִיצ֑וֹתִי *evigilavi.* Pſ. 5: 13. יְהוָ֑ה *Domine.* conf. c. 4. §. 31.

§. 2. *Servus* Athnachi primus eſt ֣ *Munach*, c.2. §. 13. N. 2. qui ſemper in ſecunda voce adeſt, quum tertia per Minorem Athnachi ordinarium §. 13. ſubdiſtinguitur.

Pſ. 2: 1. רָגְשׁ֣וּ גוֹיִ֑ם *tumultuantur gentes.*

Prov. 8: 6. כִּֽי־נְגִידִ֣ים אֲדַבֵּ֑ר *nam praeſtantia eloquar.*

Job. 39: 3. יַלְדֵיהֶ֣ן תְּפַלַּ֑חְנָה *pullos ſuos enitentur.*

Parall. Pſ. 1: 6. 2: 6. 3: 5. 4: 2. 5: 4. 6: 10. 7: 7. 8: 7. 9: 13. 10: 12. 11: 5, 7. 12: 6. 13: 4. 14: 1. 15: 3. 16: 7. 17: 2. 18: 14. 19: 6. 20: 1. 21: 5. &c.

Prov. 1: 12. c. 2: 8. c 3: 2. c. 4: 20. c. 5: 1. c. 6: 10. c. 7: 4. c. 8: 12. c. 9: 2. c. 10: 2. c. 11: 11. c. 12: 13. c 13: 19. c. 14: 25. c. 15: 16. c. 16: 10. c. 17: 14. c. 18: 13. &c.

Iob. 3: 12. c. 4: 10. c. 5: 17. c. 6: 19. c. 7: 14. c. 8: 9. c. 9: 15. c. 10: 12. c. 11: 13. c. 12: 5. c. 13: 2. c. 14: 7. c. 15: 19. c. 16: 13. c. 17: 13. c. 18: 11. c. 19: 18. &c.

§. 3. Secundus Athnachi *Servus* eſt ֥ *Merca*, c. 2. §. 13. N. 1. qui loco ֣ *Munach* adhibetur, in Ditio-

Ditione duarum vocum ſemper; ut & dum ſequitur proxime in tertia, Major Diſtinctivus ֥ Merca Mahpachatum, vel ipſius Athnachi Magnus ֗ Rhebia. §. 15.

a. In Ditione duarum vocum.

Pſ. 1: 4. לֹא־כֵן הָרְשָׁעִים *non ita ſunt impii.*

Prov. 3: 27. אַל־תִּמְנַע־טוֹב מִבְּעָלָיו *ne cohibeas bonum a Dominis ſuis.*

Parall. Pſ. 3: 9. 7: 15. 8: 5. 10: 10. 12: 8. 17: 10. 18: 5. 19: 13. 22: 4. 25: 21. 26: 10. 28: 8. 29: 6. 30: 3. 31: 16. 33: 4. 34: 21. 37: 13. 38: 19. 40: 9. &c.

Prov. 1: 25. c. 2: 4. c. 3: 17. c. 4: 6. c. 5: 2. c. 7: 3. c. 8: 10. c. 10: 14. c. 12: 24. &c.

Iob. 3: 8. c. 5: 14. c. 6: 16, 20. c. 8: 4. c. 9: 28. c. 11: 10. c. 13: 24. c. 15: 17. &c.

b. Sequente Majore in proxima voce.

Pſ. 5: 10. קֶבֶר־פָּתוּחַ גְּרֹנָם *Sepulchrum apertum eſt guttur eorum.*

Parall. Pſ. 7: 9. 8: 3. 9: 15, 21. 11: 4. 13: 6. 17: 14. 18: 13. 24: 10. 25: 7. 32: 10. 36: 8. 57: 2. 68: 21.

c. Praeſente ֗ Rhebia in tertia Ditionis Athnachi voce.

Pſ. 2: 2. וְרוֹזְנִים נוֹסְדוּ־יָחַד *& principes congregantur una.*

Pſ. 21: 2. בְּעָזְּךָ יִשְׂמַח־מֶלֶךְ *in robore tuo laetabitur Rex.*

Parall. Pſ. 23: 4, 5. 28: 9. 31: 7. 32: 8. 35: 6. 38: 2, 10. 39: 4, 7. 40: 6. 41: 7. 42: 2, 11. 44: 2. 46: 5. 50: 21. 58: 5. 59: 6. &c.

Prov. 5: 22. c. 6: 6. c. 7: 12. c. 18: 19. c. 20: 8. c. 21: 9. c. 25: 24. c. 26: 1. &c.

Iob 15: 2. c. 21: 28. c. 24: 12. c. 28: 5. c. 31: 34. c. 34: 12. &c.

§. 4.

§. 4. Extra ordinem ſervus —֥ Merca, compoſitionem cum —֮ Sarka admittit, ut c. 4. §. 7. in Ditione Silluci.

Pſ. 69: 2. הוֹשִׁ֫יעֵ֥נִי אֱלֹהִ֑ים *ſerva me Domine.*

Variant quidem nonnunquam codices impreſſi in apponendis his ſervis, ſed ex data analogia reſtitui poſſunt facile.

§. 5. Ditio Athnachi diſtinguitur, vel Minimo, vel Minore, nec non Magno, eoque repetito, quaſi Majore.

§. 6. *Minimi Subdiſtinctivi* Athnachi, ſunt alii *Ordinarii*, *Extraordinarii* alii, prouti vel ſecundam vel tertiam ab Athnacho vocem occupant. vide c. 4. §. 10. 11.

§. 7. Athnacho laborante, c. 1. §. 26. ſi ſecunda vox ſit diſtinguenda, *Ordinarius Minimus* adeſſe debet, —֣ *Munach* ſequente alio —֣ *Munach*, quem inde *Munach Munachatum* appellamus.

Pſ. 2: 4. יוֹשֵׁ֣ב בַּשָּׁמַ֣יִם יִשְׂחָ֑ק *ſedens in coelis, ridebit.*

Prov. 9: 17. מַֽיִם גְּנוּבִ֥ים יִמְתָּ֑קוּ *aquae furtivae, dulces erunt.*

Job. 34: 18. הַאֲמֹ֣ר לְ֭מֶלֶךְ בְּלִיָּ֑עַל *an dicendum Regi: Nequam.*

Parall. Pſ. 3: 8. 4: 8. 6: 8. 7: 3. 9: 3. 13: 3. 16: 4. 18: 6. 21: 7. 22: 14. 25: 17. 26: 2. 27: 2. 30: 5. 31: 4. 33: 2. 34: 2. 35: 4. 36: 3. 37: 5. 38: 16. 39: 2. 40: 4. 44: 19. 45: 12. 47: 3. 48: 10. 49: 5. 50: 4. 51: 3. 52: 5. 55: 9. 56: 9. 57: 10. 59: 11. 60: 4. 63: 8. 64: 2. 65: 7. 66: 8. 67: 3. 68: 25. 69: 7. 71: 18. 72: 2. 73: 5.

74: 21. 75: 6. 76: 2. 77: 2. 78: 14. 79: 10. 80: 8. 81: 4. 83: 10. 85: 2. 86: 1. 88: 4. 89. 18. 90: 8. 91: 10. 92: 3. 93: 2. 94: 5. 95: 2. 96: 13. 97: 2. 98: 9. 100: 2. 101: 1. 102: 17. 103: 4. 104: 3. 105: 8. 106: 40. 107: 1. 108: 2. 114: 2. 115: 14. 116: 2. 118: 13. 119: 19. 120: 5. 121: 3. 123: 3. 128: 6. 132: 4. 135: 7. 136: 1. 139: 5. 141: 10. 142: 3. 143: 4. 145: 6. 146: 2. 147: 2. 149: 2. &c.

Prov. 1: 4. c. 2: 2. c. 3: 7. c. 5: 8. c. 6: 4. c. 7: 2. c. 8: 4. c. 9: 3. c. 10: 28. c. 11: 3. c. 12: 3. c. 13: 8. c. 14: 18. c. 15: 15. c. 16: 3. c. 17: 10. c. 18: 5. c. 19: 10. c. 20: 7. c. 21: 18. c. 22: 2. c. 23: 2. c. 24: 7. c. 26: 16. c. 30: 5. c. 31: 21. &c.

Jobi c. 3: 4. c. 4: 9. c. 5: 4. c. 6: 7. c. 7: 1. c. 8: 21. c. 9: 19. c. 10: 1. c. 11: 7. c. 12: 17. c. 13: 26. c. 14: 14. c. 15: 13. c. 16: 22. c. 17: 7. c. 18: 8. c. 19: 11. c. 20: 3. c. 21: 5. c. 22: 6. c. 23: 4. c. 24: 3. c. 25: 4. c. 26: 6. c. 27: 3. c. 28: 15. c. 29: 6. c. 30: 4. c. 31: 10. c. 32: 8. c. 33: 11. c. 34: 1. c. 35: 5. c. 36: 9. c. 37: 3. c. 38: 8. c. 39: 2. c. 40: 7. c. 41: 14. &c.

Hic Minimus *Munach Munachatus*, aeque ac Munach Tiphchatus, c. 4. §. 13. ſub unica voce polyſyllaba apparet, ut Pſ. 18: 16. מִגַּעֲרָתְךָ *ab increpatione tua*. Parall. Pſ. 24: 3. Prov. 12: 28. c. 31: 15. variantibus codicibus, nam alii ֽ Metheg retinent.

§. 8. Extraordinem, in ſecunda voce, Minimi vices gerit, alter ſervus Athnachi ֥ *Merca*, cui & Pſik lineola additur, ſequente ֖ *Tiphcha non anteriori*, ſi vox tertia ſit conjungenda, ut

Pſ. 10: 13. עַל־מֶה׀ נִאֵץ רָשָׁע׀ אֱלֹהִים *Propter quid ſpernit impius, Deum.*

Pſ. 66: 8. בָּרְכוּ עַמִּים׀ אֱלֹהֵינוּ *benedicite populi, Deum noſtrum.*

Pſ. 93: 3. עַד־מָתַי׀ רְשָׁעִים׀ יְהוָה *Quouſque improbi? o Domine.*

Parall. Pſ. 18: 42. 67: 4, 6. 77: 8. 78: 65. 89: 9. 119: 156. 139: 19. Prov. 8: 21.

Si

Si vero ſequens vox ab Athnacho tertia, ſit denuo Subdiſtinguenda, tum ֥ *Merca* mutationem ſubit.

α. Aſſumendo ſi fieri poteſt ֮ *Sarka* in eadem voce c. 1. §. 18.

Pſ. 65: 2. לְךָ֤ דֻֽמִיָּ֘ה תְהִלָּ֥ה אֱלֹהִ֣ים בְּצִיּ֑וֹן *tibi manet laus o Deus, in Zione.*

Pſ. 72: 3. יִשְׂא֤וּ הָרִ֓ים שָׁל֣וֹם לָעָ֑ם *ferte montes pacem, populo (ferte pacem.)*

Pſ. 5: 5. כִּ֤י ׀ לֹ֤א אֵֽל־חָפֵ֘ץ רֶ֥שַׁע אָ֑תָּה *nam non Deus volens malum, tu es.*

Hoc ultimo loco ֥֮ Merca Sarkatum, praeterquam quod in duabus ſit vocibus, per Maccaph implicitum cohaerentibus, adſciſcit ſervum Mahpach, ſequente denuo Subdiſtinctivo ֤׀ Pſik Mahpachato. Nec datur ſimile.

Alia denique anomalia, ֥֮ Merca Sarkatum, in duabus vocibus, per Maccaph implicitum cohaerentibus, ad tertiam uſque ab Athnacho vocem adſcendit, quod ſemel tantum, variantibus Codicibus, accidit.

Pſ. 2. 7. יְהוָ֗ה אָמַ֘ר אֵלַ֥י בְּנִ֥י אַ֑תָּה *Dominus, dixit ad me, filius meus tu es.*

β. Vel ſublato ֥֮ Merca Sarkato, quia compoſitio fieri nequit in monoſyllabis, c. 1. §. 18. ſub-

ſtituitur ◌֣ *Munach ſuperior*, eadem diſtinguendi poteſtate & conſecutione.

Prov. 1:9. כִּי לִוְיַת חֵן הֵם לְרֹאשֶׁךָ *nam acceſſio gratiae ſunt illa, capiti tuo.*

Prov. 6: 27. הֲיַחְתֶּה אִישׁ אֵשׁ בְּחֵיקוֹ *Num capiet quis ignem, in ſinu ſuo.*

Nec plura dantur exempla.

§. 9. In ſecunda ab Athnacho voce, rariſſime apparet ◌֤ *Mahpach Pſikatum*, pro Diſtinctivo *Minimo*, qui & aliquando ad tertiam aſcendit.

Pſ. 62: 10. חַיִל כִּי־יָנוּב *Opes; cum provenient.*

Prov. 16: 10. קֶסֶם עַל־שִׂפְתֵי־מֶלֶךְ *Divinatio, eſt in labiis Regis.*

Pſ. 14: 5. שָׁם פָּחֲדוּ פָחַד *ibi, pavebant pavorem.*

§. 10. In tertia ab Athnacho voce, *Minimus* adhibetur *Pſik* cum *Kadma*, ſeu ◌֨ *Kadma Pſikatum*, cujus tamen extra titulos nonnullorum Pſalmorum nullus eſt uſus.

Pſ. 37: 1. לְדָוִד אַל־תִּתְחַר בַּמְּרֵעִים *Davidis: ne iraſcaris erga impios.*

Parall. Pſ. 138: 1. 150: 1.

§. 11. *Minor* Subdiſtinctivus, in Ditione Athnachi eſt ◌֖ *Tiphcha anterior*, c. 1. §. 5. N. 7. c. 2. §. 5. N. 7. §. 11. N. 3. cujus ſedes eſt vox ab Athnacho ſecunda vel tertia, rariſſime quarta, ut C. 4. §. 22.

§. 12.

§. 12. Athnacho non laborante, c. 1. §. 26. ſi ſecunda Ditionis Athnachi vox ſit diſtinguenda, adhibendus eſt Minor — Tiphcha anterior, §. 11. non Minimus, §. 7. ſive ſit Ditio Athnachi duarum tantum vocum, ſive plurium.

1. In Ditione duarum vocum.

Pſ. 26: 4. לֹא־יָשַׁבְתִּי עִם־מְתֵי־שָׁוְא *Non confedi, cum hominibus vanis.*

Parall. Pſ. 38: 17. 49: 2. 47: 2. 66: 17. 68: 16, 30. 69: 28. 73: 17. 78: 32. 92: 4. 104: 5, 9. 105: 2. 106: 29, 34. 119: 94. 148: 11. &c.

Prov. 13: 15. c. 15: 30. c. 16: 24. c. 21: 11. c. 23: 3. c. 31: 2. &c.

Job. 7: 12. c. 8: 22. c. 9: 16. c. 13: 12. c. 14: 11. c. 18: 17. c. 21: 22. &c.

2. In Ditione plurium vocum, ſequente (*a*) in tertia ab Athnacho ∸ Rhebia. §. 17.

Pſ. 37: 16. טוֹב מְעַט לַצַּדִּיק *Bonum* (*eſt*, *illud*) *exiguum*, *quod juſto eſt.*

Parall. Pſ. 45: 5. 50: 1. 59: 8. 78: 31. 82: 1. 137: 4. 144: 3.

Prov. 22: 29. c. 25: 24. Job. 13: 4. c. 32: 11. c. 34: 25.

(*b*) Sequente in tertia ab Athnacho ſervo c. 11. §. 2. vel Subdiſtinctivo alio. c. 11. §. 3.

Pſ. 10: 6. אָמַר בְּלִבּוֹ בַּל־אֶמּוֹט *Dixit in corde ſuo, non dimovebor.*

Prov. 1: 33. וְשֹׁמֵעַ לִי יִשְׁכָּן־בֶּטַח *Et qui me audit, habitabit ſecure.*

Parall. Pſ. 5: 11. 6: 7. 7: 8. 8: 2. 9: 2. 10: 5. 18: 17. 22: 15. 25: 6. &c.

Prov. 3: 16. c. 4: 11. c. 5: 6. c. 6: 25. c. 8: 9. c. 10: 7. c. 11: 6. c. 13: 14. c. 20: 13. &c.

Job. 3: 25. c. 4: 6. c. 5: 2. c. 6: 5. c. 8: 16. c. 9: 6. c. 10: 2. c. 11: 8. c. 12: 20. &c.

Pſ. 35: 14. כְּרֵעַ כְּאָח לִי הִתְהַלָּכְתִּי *Ac ſi amicus, ac ſi frater mihi eſſet, ambulavi.*

Parall. P. 55: 19. 60: 6. 75: 7. 78: 45.

§. 13. Si tertia ab Athnacho vox ſit diſtinguenda, ordinarie adhibebitur *Minor* ֖ *Tiphcha anterior*, Athnachus ſive laboret, ſive non laboret, c. 1. §. 26. ſive ſequatur nova Diſtinctio §. 17. ſive nulla.

Pſ. 2: 1. לָמָּה רָגְשׁוּ גוֹיִם *Quare, tumultuantur gentes.*

Prov. 1: 1. מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹה בֶן־דָּוִד *Proverbia, Salomonis filii Davidis.*

Parall. Pſ. 2: 6. 3: 5. 4: 2. 5: 4. 6: 4. 7: 5. 8: 4. 9: 5. 10: 9. 11: 2. 14: 2. 15: 1. 16: 3. 17: 2. 18: 4. 19: 4. 21: 11. 22: 8. 24: 6. 25: 13. 26: 7. &c.

Prov. 1: 12. c. 2: 1. c. 3: 1. c. 4: 3. c. 5: 13. c. 6: 24. c. 7: 5. c. 8: 6. c 9: 1. &c.

Job. 3: 12. c. 4: 11. c. 5: 24. c. 6: 15. c. 7: 16. c. 8: 5. c 9: 18. c. 10: 13. &c.

Pſ. 1: 1. וּבְדֶרֶךְ חַטָּאִים לֹא עָמָד *& in via peccatorum, non ſtetit.*

Parall. Pſ. 5: 6. 6: 9. 7: 2. 8: 4. 9: 6. 10: 1. 11: 7. 12: 2. 13: 2. 14: 4. 15: 2. &c.

§. 14. Ad quartam rariſſime adſcendit ֖ Tiphcha anterior, his fere in locis:

Pſ. 135: 4. כִּי־יַעֲקֹב בָּחַר לוֹ יָהּ *Nam Jacobum, elegit ſibi, Jah.*

Job. 16: 19. גַּם־עַתָּה הִנֵּה בַשָּׁמַיִם עֵדִי *Nunc utique, ecce in coelis, eſt teſtis meus.*

Prov. 20: 4. var. cod.

§. 15. Subdiſtinctivus *Magnus* in Ditione Athna-

nachi occurrens, eſt ∸ *Rhebia*, c. 2. §. 11. N. 1. idem qui in Ditione Merca Mahpachati. c. 5. §. 13. Sedes ejus in hac Athnachi Ditione eſt a tertia voce, & ultra ab Athnacho, imo & repetito poni poteſt.

§. 16. In tertia ab Athnacho voce, libere adeſt *Magnus* Subdiſtinctivus ∸ *Rhebia*, dato in ſecunda voce ſervo; §. 3. nam Minor adeſſe poſſet §. 13.

Prov. 5: 22. עֲוֺנוֹתָיו יִלְכְּדֻנוֹ אֶת־הָרָשָׁע *Iniquitates ejus, capient improbum.*

Pſ. 5: 3. הַקְשִׁיבָה לְקוֹל שַׁוְעִי מַלְכִּי וֵאלֹהָי *Auſculta ad vocem clamoris mei, Rex mi & Deus meus.*

Parall. Prioris. Pſ. 6: 2. 18: 18. 19: 2. 21: 2. 31: 7. 35: 6. 38: 2. 42: 2. 46: 5. 50: 21. 58: 5. 59: 6. 67: 2. 71: 2.

Prov. 6: 6. c. 18: 19. c. 20: 8. c. 21: 9. c. 22: 29. c. 25: 24.

Job. 28: 5. c. 32: 11. c. 34: 12, 25.

Poſterioris. Pſ. 17: 1. 18: 9. 19: 7. 23: 4. 28: 9. 32: 8. 39: 4, 7. 40: 6. 41: 7. 42: 11. 44: 2.

Prov. 7: 12. c. 10: 26. c. 26: 1.

Job. 13: 27. c. 14: 5. c. 21: 28. c. 24: 12, 20. c. 28: 4. c. 31: 34. c. 32: 11. &c.

§. 17. Idem *Rhebia Magnus*, in tertia ab Athnacho voce neceſſario adeſt, dato Minore in ſecunda, dum tertia eſt diſtinguenda: Nam Minor repetitionem non admittit, ſed Magnus ſuccedat neceſſe eſt. Vide exempla §. 12. N. 2. a.

§. 18. In quarta ab Athnacho voce, ordinarie ad-

adeſt ∸ *Rhebia* Subdiſtinctivus *Magnus*, ſive Minimus, §. 6. ſive Minor, §. 11. intercedat; neque contraria dantur exempla, niſi per pauca illa, §. 14. notata.

Pſ. 18: 48. הָאֵל הַנּוֹתֵן נְקָמוֹת לִי *Deus ille, qui dat ultiones mihi.*

Sic Pſ. 30: 4. 41: 6. 49: 8. 68: 17.
Prov. 1: 15. c. 6: 3.
Job. 12: 7. c. 31: 13. c. 33: 1. c. 34: 36.

Pſ. 10: 4. רָשָׁע כְּגֹבַהּ אַפּוֹ בַּל־יִדְרֹשׁ *Impius, ſecundum ſuperbam iram ſuam, non inquiret.*

Parall. Pſ. 25: 2. 55: 7. 57: 4. 58: 2. 69: 6. 89: 20. 120: 2.
Prov. 1: 22. c. 12: 2.
Job. 32: 4. c. 34: 19.

Pſ. 5: 4. יְהוָה בֹּקֶר תִּשְׁמַע קוֹלִי *Domine! mane, audias vocem meam.*

Sic Pſ. 9: 9. 16: 7. 17: 12. 19: 6. 26: 8. 29: 11. 31: 18. 32: 6. 38: 15. 41: 4. 42: 7. 53: 6. 57: 5. 59: 14. 63: 10. 68: 8. 71: 4. 72: 1. 74: 18. 83: 5. 84: 11. 89: 3. 91: 2. 94: 11. 103: 19. 106: 2. 107: 25. 119: 62. &c.

Prov. 1: 19. c. 2: 5. c. 3: 19. c. 5: 23. c. 6: 15. c. 11: 9. c. 12: 16. c. 13: 25. c. 19: 4. c. 20: 6. c. 21: 19. c. 22: 21. c. 23: 6. c. 26: 12. c. 29: 4. &c.

Job. 5: 8. c. 8: 13. c. 12: 24. c. 13: 3. c. 21: 25. c. 24: 1. c. 30: 17. c. 35: 15. &c.

§. 19. In quintam ſextamve ab Athnacho vocem dum Subdiſtinctivus incidit, nullus præter *Magnum* ∸ *Rhebia*, locum habet.

Pſ. 4: 4. וּדְעוּ כִּי־הִפְלָה יְהוָה חָסִיד לוֹ *Scitote autem, quod ſeparaverit Dominus, pium ſibi.*

Prov.

Prov. 24: 29. אַל־תֹּאמַר כַּאֲשֶׁר עָשָׂה־לִי כֵּן אֶעֱשֶׂה־לּוֹ *Ne dicas: quemadmodum fecit mihi, ſic faciam ei.*

Parall. Pſ. 22: 3. 31: 5. 83: 19. 86: 14. 140: 13. 141: 9. 144: 9. Job. 17: 10. c. 31: 35. c. 34: 29. c. 38: 11.

Item Pſ. 22: 30. 37: 20. 38: 13. 40: 10. 48: 9. 49: 11. 71: 6. 95: 10. 106: 38. 127: 1. 141: 5. Job 6: 4. c. 10: 3. c. 16: 13. c. 24: 5.

Item Pſ. 55: 24. Prov. 19: 7.

§. 20. Repetitur quoque hic Magnus ∸ Rhebia, vel in tertia & quarta;

Ut Job. 24: 24. c. 33: 23. Pſ. 59: 6.

Vel in ulterioribus vocibus, ut:

Pſ. 32: 5. לֹא־כִסִּיתִי אָמַרְתִּי אוֹדֶה עֲלֵי פְשָׁעַי לַיהוָה *non texi. dixi: confitebor ſuper prævaricationes meas, Domino.*

Conf. Pſ. 78: 4. Prov. 4: 4. c. 27: 10.

§. 21. Tribus in locis, loco Rhebia ∸ Magni ordinarii, in tertia ab Athnacho voce, adeſt ∸ Pazer; qui magnam Subdiſtinctionem facit in Ditione ∸ Rhebia, c. 9. §. 16. hic vero extraordinem adhibetur, ut & in Ditione ∸ Rhebia Gereſchati. ut c. 7. §. 13.

Pſ. 45: 8. עַל־כֵּן מְשָׁחֲךָ אֱלֹהִים אֱלֹהֶיךָ *Propterea unxit te, Deus, Deus tuus.*

Pſ. 68: 5. סֹלּוּ לָרֹכֵב בָּעֲרָבוֹת *Munite viam, ei qui equitat in nubibus.*


Pſ. 109:16. וַיִּרְדֹּף אִישׁ־עָנִי וְאֶבְיוֹן *& perſequetur, virum afflictum & pauperem.*

Nec plura dantur.

TABULA

Ditionis Athnachi.

	Servi		Minimi		Minor.	Magn.	Major.
Summus.	ord.	extraord.	ord.	extraord.	ord.	ord.	ord



CAP. VII.

DITIO RHEBIA GERESCHATI.

§. 1. *Rhebia Gereſchatum* ⸗ c. 1. §. 5. N. 4. Diſtinctivus Minor, c. 2. §. 9. N. 4. in Ditione Silluci ordinarius, c. 4. §. 19. unius vocis Ditione contentus eſt, vel in initio periodi, ut in titulis Pſalmorum: Pſ. 31:1. לַמְנַצֵּחַ *Præfecto.* Sic Pſ. 40. 41. 51. 52. &c. vel, quod ſæpiſſime accidit, ſequente alio Diſtinctivo ipſo Majore, c. 4. §. 25. 26. Athnacho ſcilicet, vel Merca Mahpachato: c. 4. §. 31. 32. Nonnunquam vero plurium vocum Ditionem conſequi poteſt.

§. 2.

Digitized by Google

§. 2. *Servus* ejus ordinarius, idem eſt qui Silluci, ֥ *Merca* ſcilicet, c. 2. §. 13. N. 1. qui, licet rarius, compoſitionem admittit cum ֮ *Sarka*, c. 1. §. 18. ut ſit ֥֮ *Merca Sarkatum*, ut Pſ. 116: 4. אָנָּה יְהוָה *quaeſo Domine*. Adhibetur autem ſervus ֥ Merca, in ſecunda voce ſui Domini, Athnacho vel praeſente vel abſente, in Ditione duarum, pluriumve vocum.

Pſ. 1: 1. וּבְמֹשַׁב לֵצִים *& in conſeſſu irriſorum.*

Job. 11: 1. צֹפַר הַנַּעֲמָתִי *Tzophar Naamatis.*

Parall. Pſ. 3: 7. 5: 8. 6: 4. 9: 19. 10: 11. 11: 4. 12: 1. 13: 5. 15: 2. 16: 8. 17: 9. 18: 45. 19: 6. 20: 9. 21: 6. 22: 24. 23: 5. 24: 3. 25: 5. 26: 4. 27: 7. 28: 3. 29: 6. 30: 13. 31: 18. 33: 8. 34: 9. 35: 11. 36: 8. 37: 3. 38: 4. 39: 1. &c.

Prov. 5: 6. c. 6: 10. c. 7: 10. c. 8: 14. c. 9: 9. c. 10: 1. c. 11: 18. c. 12: 23. c. 13: 25. c. 14: 5. c. 15: 2. c. 16: 5. c. 17: 2. c. 18: 13. c. 19: 1. c. 20: 6. c. 21: 9. &c.

Jobi 3: 17. c. 4: 2. c. 5: 4. c. 6: 10. c. 7: 7. c. 8: 15. c. 10: 20. c. 11: 12. c. 12: 8. c. 13: 1. c. 14: 2. c. 16: 3. c. 17: 14. c. 18: 13. c. 19: 21. c. 21: 10. c. 22: 18. &c.

§. 3. *Minimus* ordinarius eſt idem ſervus ֥ *Merca*, ſequente in tertia voce alio ſervo, & quidem (*a*) Praeſente Athnacho, Minimus in ſecunda & tertia Rhebia gereſchati voce, eſt ֥ *Merca* ſequente alio ֥ *Merca*, id eſt, *Merca Mercatum.*

Pſ. 9: 16. בְּרֶשֶׁת זוּ טָמָנוּ *in rete quod, abſconderunt.*

Job. 16: 8. וַיָּקָם בִּי כַחֲשִׁי *& inſurget in me, macies mea.*

Parall. Pſ. 42: 11. 45: 10. 52: 11. 55: 4. 23: 5. 40: 13. 68: 32. 74: 13. 108: 3. 31: 16, 22. Prov. 26: 1. c. 27: 10, 19. Job. 7: 9. Pſ. 27: 4.

(*b*) Abſente Athnacho, Minimus ֥ *Merca* in ſecundam incidens, in tertia aſſumit ֖ *Tiphcha non anteriorem*, ut Munach in Ditione Silluci, c. 4. §. 12. hinc *Merca Tiphchatum* audit.

Pſ. 89: 53. בָּרוּךְ יְהוָה לְעוֹלָם *Benedictus ſit Dominus, in ſeculum.*

Parall. Pſ. 30: 8. 31: 6, 10, 19. 40: 3. 55: 22. 23. 73: 4. 83: 18. 129: 7. 102: 24. 106: 48. 119: 12, 17, 44, 57, 124, 130, 140, 144. 143: 9. Prov. 8: 33. Job 34: 10. c. 40: 1.

§. 4. *Extraordinarius Minimus*, qui rarius occurrit, eſt ֤ *Mahpach*, vel *cum*, vel *ſine Pſik*, vel *Simplex*, vel cum ֮ *Sarka Compoſitus*, cap. 1. §. 18. hujuſque compoſiti vices ſupplens, ֣ *Munach Superior*, cujus ſedes eſt in voce ſecunda, ſi vel nulla vox adſit praeterea.

Pſ. 71: 21. תֶּרֶב גְּדֻלָּתִי *multiplicaſti, magnitudinem meam.*

Pſ. 109: 28. קָמוּ וַיֵּבֹשׁוּ *ſurrexerunt, ut pudefiant.*

Pſ. 79: 3. סְבִיבוֹת יְרוּשָׁלָםִ *circum circa, Jeruſalem.*

Pſ. 116: 19. Prov. 7: 7.

Pſ. 31: 16. כִּי לֹא־עָזַבְתָּ *nam, non reliquiſti.*

Pſ. 83: 10. כְּסִיסְרָא כְיָבִין *ut Siſera ut Jabin.*

Prov. 27: 1. כִּי לֹא־תֵדַע *nam non cognoſces.*

Vel

Vel ſi in tertia voce, nova adſit Subdiſtinctio per ֓ Schalſchelet. ut Pſ. 68: 15.

Pſ. 34: 8. חֹנֶה מַלְאַךְ־יְהוָה סָבִיב לִירֵאָיו *caſtra metatur Angelus Domini circumquaque, pro timentibus eum.* *Munach Superior*, quia compoſitio locum non habet, c. 1. §. 18. adhibetur.

Pſ. 137: 9. אַשְׁרֵי שֶׁיֹּאחֵז וְנִפֵּץ אֶת־עֹלָלַיִךְ *Beatus eſt qui prehendet ut diſſipet, infantes tuos.*

§. 5. *Minimus* in tertiam a Rhebia gereſchato vix incidit, tunc tamen eſt *Kadma Pſikatum* ſequente ſervo ֤ Mahpach.

Job. 3: 26. לֹא שָׁלַוְתִּי וְלֹא־שָׁקַטְתִּי וְלֹא־נָחְתִּי *Non quievi, nec quietus fui neque quietem habui.*

§. 6. *Subdiſtinctivus Minor*, in Ditione Rhebia gereſchati, idem eſt qui in ditione Athnachi, c. 6. §. 11. nunquam tamen adhibendus praeſente Athnacho, ſed ſemper Athnachi abſentiam poſtulat. Eſt vero ֖ *Tiphcha anterior*, cujus ſedes eſt vox ſecunda & tertia.

§. 7. ֖ *Tiphcha anterior*, in ſecundam a Rhebia gereſchato vocem incidens, poſtulat primam vocem non laborare c. 1. §. 26. ut in Ditione Athnachi, c. 6. §. 12.

Pſ. 119: 24. גַּם־עֵדֹתֶיךָ שַׁעֲשֻׁעָי *Etiam teſtimonia tua, ſunt deliciae meae.*

Pſ. 4: 5. אִמְרוּ בִלְבַבְכֶם עַל־מִשְׁכַּבְכֶם *Dicite in corde veſtro, ſupra cubile veſtrum.*

Parall. Pſ. 6: 1. 7: 10. 47: 10. 83: 7. 86: 7. 119: 26, 103. 144: 13. 149: 9. 150: 6.

§. 8. Minor in tertiam incidens, ſi ſecunda habeat ſervum, cujuſcunque vox prima ſit qualitatis, ordinarie erit ֖ *Tiphcha anterior*, abſente Athnacho.

Pſ. 9: 1. לַמְנַצֵּחַ עַל־מוּת לַבֵּן *Praefecto Muſices, in Muth laben.*

Parall. Pſ. 11: 6. 27: 7. 31: 3, 23. 35: 24. 45: 13. 49: 9, 15. 51: 6. 57: 9. 59: 7. 64: 10. 65: 8. 68: 4, 36. 69: 32. 72: 19. 73: 1. 76: 5. 90: 1. 99: 3. 105: 45. 119: 4, 5, 46. 120: 3. 144: 10. 145: 21. 146: 10. 148: 14.
Prov. 3: 28. c. 8: 23. c. 24: 10.

§. 9. *Magnus* ordinarius, non niſi abſente Athnacho adhibendus, eſt ֗ *Rhebia*, ut c. 6. §. 15. cujus ſedes eſt à tertia voce & porro.

§. 10. In tertia libere adeſt, abſente Minore §. 6. ob emphaſin vel πάθος, his potiſſimum in locis.

Pſ. 18: 51. וְעֹשֶׂה חֶסֶד לִמְשִׁיחוֹ לְדָוִד וּלְזַרְעוֹ *& faciens benignitatem uncto ſuo, Davidi & ſemini ejus.*

Parall. Pſ. 76: 8. 79: 3. 113: 9. 115: 18. 116: 19. 117: 2. 121: 6. 135: 21. 147: 20.
Prov. 7: 7. Job. 24: 19.

§. 11. Neceſſario vero adhibetur ֗ Rhebia Magnus, ubi Minor §. 6. praeceſſit, in quamcunque vocem Diſtinctio magna incidit.

Pſ. 27: 13. לוּלֵא הֶאֱמַנְתִּי לִרְאוֹת בְּטוּב־יְהוָה *Certe, credidi, me viſurum eſſe bonum Domini.*

Parall. Pſ. 31: 23. 49: 15. 57: 9. 68: 4, 36. 90: 1. 99: 5. 104: 35. 106: 48. 119: 48. 146: 10. 148: 14. 149: 9.
Iob. 10: 22. c. 32: 5. c. 33: 24, 27.

§. 12. Magno ∸ Rhebia ſemel praeſente, ſi ulterior Subdiſtinctio contingat, idem ille ∸ *Rhebia* Magnus, pro Majore repetitur, ut c. 6. §. 20.

Job. 32: 5. וַיַּרְא אֱלִיהוּא כִּי אֵין מַעֲנֶה בְּפִי שְׁלֹשֶׁת הָאֲנָשִׁים *Et vidit Elihu; quod nulla reſponſio fuerit, in ore trium illorum virorum.* Sic Job. 33: 24, 27.


§. 13. Extraordinem vero & rariſſime, loco Rhebia, eſt ∸ Pazer, ut in Ditione Athnachi. c. 6. §. 21. his potiſſimum in locis:

Pſ. 146: 1. הַלְלוּ־יָהּ הַלְלִי נַפְשִׁי *Hallelujah, lauda anima mea.*

Parall. Pſ. 25: 1. 58: 3. & Prov. 1: 10.

TABULA
Ditionis Rhebia Gereſchati.

			Domini				
			Minimi		Minor.	Magn.	Maj.
Summus.	Serv.						
	ord.	extraord.	ord.	extraord.	ord.	ord.	ord.



Digitized by Google

CAP. VIII.

DITIO MINIMORUM SILLUCI.

§. 1. *Diſtinctivi Minimi*, c. 2. §. 9. N. 5. 6. 7. in Ditione Silluci, c. 4. §. 11-18. vel unius vocis ſunt Domini, ut ֣׀ Pſik Mahpachatum. c. 4. §. 17. nec non ֣ *Munach inferior* in voce polyſyllaba c. 4. §. 13. vel plurium vocum Ditionem ſortiuntur, ut ֣֖ *Munach Tiphchatus* c. 4. §. 12. *Munach Munachatus* ſuperior c. 4. §. 14. & *Kadma Pſikatum* c. 4. §. 18.

§. 2. *Munach Tiphchatus*, ſervum habet ordinarium, ֖ *Tiphcha non anteriorem*, in ſecunda a *Munacho* voce. c. 4. §. 12.

§. 3. Subdiſtinctivus Minimus alius eſt, prout vel in ſecundam vel in tertiam vocem Diſtinctio incidit.

§. 4. In ſecunda voce *Tiphcha non anterior* diſtinguit, ſequente in tertia voce Mahpach, vel ֤ ſimplici, vel cum ֮ Sarka compoſito ֤֮.

Pſ. 28: 8. וּמָעוֹז יְשׁוּעוֹת מְשִׁיחוֹ *& arx ſalutis, unctus ejus eſt.*

Pſ. 39: 12. אַךְ הֶבֶל כָּל־אָדָם *Tantum vanitas eſt, omnis homo.*

Parall. Pſ. 54: 8. 67: 2. 68: 11. 74: 10. 83: 9. Iob. 14: 13. c. 20: 4.

§. 5.

§. 5. In tertia voce Minimus Diſtinguens, eſt idem ⌐ *Mahpach*, vel cum *Pſik*, vel ſine *Pſik*, item ⌐ *Mahpach Sarkatum*, vel ejus loco ⌐ *Munach Superior*.

Prov. 29: 13. מֵאִיר עֵינֵי שְׁנֵיהֶם *illuminans, oculos amborum illorum.*

Job. 8: 9. כִּי צֵל יָמֵינוּ *nam, umbra ſunt dies noſtri.*

Pſ. 43: 1. מֵאִישׁ מִרְמָה וְעַוְלָה *a viro, doli & iniquitatis.*

Parall. Pſ. 24: 10. 25: 15. 33: 21. 51: 21. 65: 9. 68: 30. 69: 2. 71: 15. 94: 13. 106: 34. 127: 2. 143: 2. 148: 5. Prov. 26: 1. Job. 11: 7. c. 12: 6. c. 21: 9. c. 22: 11. c. 27: 8. c. 32: 1, 4. c. 38: 36. &c.

Pſ. 48: 9. אֱלֹהִים יְכוֹנְנֶהָ עַד־עוֹלָם *Deus, praeparabit eum uſque in ſeculum.* Sic Pſ. 68: 25.

Pſ. 4: 8. מֵעֵת דְּגָנָם וְתִירוֹשָׁם *ab eo tempore, quo frumentum & muſtum eorum.*

Parall. Pſ. 76: 4. 78: 25. 119: 84.

§. 6. *Minor* Subdiſtinctivus ordinarius, eſt ⌐ *Kadma Pſikatum*, cujus Pſik ſaepiſſime excidit, adeſt vero in tertia vel quarta voce.

Pſ. 52. 7. וְשֵׁרֶשְׁךָ מֵאֶרֶץ חַיִּים *& eradicabit te, ex terra viventium.*

Pſ. 32: 5. וְאַתָּה נָשָׂאתָ עֲוֺן חַטָּאתִי *& tu, tuliſti iniquitatem, peccati mei.*

Parall. Pſ. 24: 6. 42: 2. 47: 5. 54: 5. 55: 10. 56: 1. 59: 6. 61: 5. 62: 13. 81: 8. 83: 9. 84: 9. 89: 5, 49.

 §. 7.

Digitized by Google

§. 7. Magni vices praeſtat in tertia a Munacho voce, — *Schalſchelet*, ſaepius.

Pſ. 7:6. וּכְבוֹדִי לֶעָפָר יַשְׁכֵּן *& gloria mea, in pulvere habitabit.*

Parall. Pſ. 10:2. 12:8. 13:2,3. 20:8. 29:11. 33:12. 41:8. 44:9. 49:14. 50:6. 52:5. 67:5. 77:4. 89:2,3. 94:17. 131:1. 143:6,11.
Prov. 6:10. c. 24:33.
Job. 5:19. c. 15. 23. c. 16:9. c. 37:12. c. 40:23.

§. 8. In initio periodi cum — Schalſcheleth in metricis non appareat, in illius locum ſuccedit — Pazer.

Pſ. 18:2. וַיֹּאמַר אֶרְחָמְךָ יְהוָה *& dixit: diligam te Domine.*

Pſ. 30:1. מִזְמוֹר שִׁיר־חֲנֻכַּת הַבַּיִת *Pſalmus, canticum Encaeniorum Templi.*

§. 9. Extraordinarius Minimus, in ſecunda a Silluco voce, eſt — *Munach Superior*, ſequente alio — *Munach Superiori.* c. 4. §. 14.

§. 10. *Servus* ejus ordinarius eſt idem — *Munach* in tertia a Silluco voce.

Pſ. 36:1. לַמְנַצֵּחַ לְעֶבֶד־יְהוָה לְדָוִד׃ *Praefecto ſervo Domini, Davidis.*

§. 11. Extraordinarius Servus, qui loco ordinarii venit, eſt — *Mahpach Sarkatus.*

Pſ. 68:20. הָאֵל יְשׁוּעָתֵנוּ *Deus ſalutis noſtrae.*

§. 12.

§. 12. *Minimi* vices praeſtat ֣ *Munach poſterior* in voce ſecunda monoſyllaba, dum *Magnus* ֓ *Schalſchelet* eſt in tertia.

Pſ. 3: 3. אֵין יְשׁוּעָתָה לּוֹ בֵאלֹהִים *nulla eſt ſalus ei, in Deo.*


§. 13. Minimi locum tenet, ſub Kadma Pſikato, ֖ *Tiphcha non anterior*, in voce ſecunda, dum in tertia eſt Magnus ֓ Schalſchelet ut §. 12. item c. 4. §. 18. c. 15. §. 9.

Pſ. 125: 3. לְמַעַן לֹא־יִשְׁלְחוּ הַצַּדִּיקִים *Propterea, non mittent juſti.*

TABULA

Minimorum Silluci.

Munach Tiphchati, Munach Munachati ſuperioris, & Kadma.



CAP. IX.

Ditio Rhebia.

§. 1. *Rhebia* ∸, c. 1. §. 5. N. 5. Diſtinctivus, c. 2. §. 5. N. 5. inter Subdiſtinctivos primos, Magnus, c. 2. §. 11. N. 1. in Ditione Merca Mahpachati, c. 5. §. 12. Athnachi, c. 6. §. 15. & Rhebia gereſchati, c. 7. §. 9. occurrens, vel unius vocis eſt Dominus, ut in initio periodi, aut ſequente Diſtinctivo aut Subdiſtinctivo alio, ejuſdem ordinis, ſeu majoris; vel plurium vocum Ditionem conſequitur.

§. 2. *Servus* ejus, qui ſecundam vocem a ∸ Rhebia tenet, c. 3. §. 6. *ordinarius* eſt vel *Merca*, c. 2. §. 13. N. 1. vel *Mahpach*, ſive *ſimplex*, ſive cum *Sarka compoſitum*. c. 2. §. 13. N. 4. *Extraordinarius* vero eſt *Munach ſuperior*, c. 2. §. 13. N. 3. cum compoſitio haec fieri nequit, ob c. 1. §. 18. vel minus placet.

§. 3. Servus ordinarius *Merca*, in Ditione Rhebia adhibetur ſemper, dum Rhebia ſecundam a Merca Mahpachato vocem occupat, c. 5. §. 13. ſive Ditio Rhebia ſit duarum tantum, ſive plurium vocum.

Pſ. 3: 6. אֲנִי שָׁכַבְתִּי *Ego cubavi*.

P.ſ.

Digitized by Google

Prov. 1: 21. בְּרֹאשׁ הֹמִיּוֹת *In ſummitate fori.*

Parall. Pſ. 9: 15. 10: 18. 11: 6. 13: 6. 22: 17. 24: 4. 27: 9. 29: 3. 31: 8, 24. 32: 4. 35: 21. 36: 8. 37: 40. 40: 6, 15. 50: 3. 51: 6. &c.

Prov. 3: 3. c. 5: 19. c. 8: 30. c. 25: 8.

Job. 3: 4. c. 8: 6. c. 10: 1. c. 14: 12, 14. c. 18: 4. c. 24: 16. c. 30: 3, 15. c. 34: 26.

Pſ. 18: 3. יְהוָה סַלְעִי וּמְצוּדָתִי *Jehova, eſt arx mea & rupes mea.*

Parall. Pſ. 28: 7. 52: 9. 60: 8. 68: 24. 69: 7. &c. vide c. 5. §. 13.

§. 4. Idem ֥ *Merca* adhibetur, dum Rhebia in Ditione ֑ Athnachi occurrit, ejuſque ditio eſt duarum vocum, ſequente ֗ Rhebia repetito, c. 6. §. 20.

Prov. 4: 4. וַיֹּאמֶר לִי *& dicet mihi.*

Pſ. 78: 4. לְדוֹר אַחֲרוֹן *in generationem ultimam.*

Prov. 27: 10. וּבֵית אָחִיךָ *& domus fratris tui.*

Nec non aliquando dato minore in tertia, his potiſſimum in locis:

Pſ. 40: 7. זֶבַח וּמִנְחָה לֹא חָפַצְתָּ *ſacrificium & munus, non voluiſti.*

Parall. Pſ. 86: 9. 88: 6. 92: 8. item 76: 8. abſente ֑ Athnacho. item Pſ. 71: 3. ſequente ֡ Pazer.

§. 5. Alter ſervus ֤ *Mahpach*, vel ſimplex vel compoſitus, ſeu Mahpach Sarkatum caeteroquin adeſt, ſi Rhebia in Ditione Merca Mahpachati, tertiam quartamve, vel ulteriorem vo-

cem obtinet; ut & dum in Ditione —֑ Athnachi & —֗ Rhebia gereſchati, Rhebia occurrit.

§. 6. —֤ *Mahpach ſimplex*, adhibetur ordinarie, in Ditione duarum vocum, imo dum ſub Athnacho diſtinguit Rhebia, compoſitionem plane reſpuit —֤ Mahpach.

Sub —֥֤ Merca Mahpachato.

Pſ. 20: 7. עַתָּה יָדַעְתִּי *nunc novi.*

Pſ. 52: 9. הִנֵּה הַגֶּבֶר *ecce vir ille.*

Sub —֑ Athnacho:

Pſ. 2: 8. שְׁאַל מִמֶּנִּי *Pete a me.*

Pſ. 17: 13. קוּמָה יְהוָה *Surge Domine.*

Pſ. 55: 11. יוֹמָם וָלַיְלָה *Dies & noctes.*

Parall. Pſ. 8: 2. 40: 12. 48: 11. 55: 4. 60: 2. 68: 36. 69: 20. 118: 12. 125: 5. item abſente Athnacho Pſ. 57: 9. & Prov. 7: 7. Var. Cod.

§. 7. In Ditione Rhebia plurium vocum, ſervus ordinarius —֤ *Mahpach* datur, vel ſimplex, quod rarius accidit.

Pſ. 26: 1. שָׁפְטֵנִי יְהוָה *judica me Domine.*

Parall. Pſ. 41: 7. 48: 9. 93: 4. 108: 9 135: 11. Job. 16: 4.

Vel *compoſitum cum Sarka* —֮ c. 1. §. 18. ut

Pſ. 3: 8. הוֹשִׁיעֵנִי אֱלֹהַי *ſerva me Deus mi.*

Pa-

Digitized by Google

Parall. Pſ. 37: 28. 40: 10. 43: 1. 45: 2. 49: 11. 50: 16. 64: 6. 68: 19. 74: 2. 78: 31. 80: 3. 90: 8 Job. 19: 12. c. 24: 20. &c.

§. 8. Extraordinarius — *Munach ſuperior*, ubi compoſitus Accentus — *Mahpach Sarkatum* locum non habet, c. 1. §. 18. ſaepiſſime adhibetur.

Pſ. 2: 12. וְתֹאבְדוּ דֶרֶךְ *& peribitis via.*

Pſ. 5: 3. לְקוֹל שַׁוְעִי *ad vocem clamoris mei.*

Parall. Pſ. 10: 8, 9. 19: 14. 22: 25. 27: 6. 35: 13. 37: 34. 40: 6, 11, 13. 45: 3. 59: 12. 60: 9. 62: 12. 71: 6, 15. 79: 2. 97: 7. 101: 2. 104: 15. 106: 7. 108: 10. 110: 4. 111: 10. 115: 7. 118: 15. 127: 1. 143: 1. 148: 13.

Prov. 6: 22. c. 25: 13. c. 27: 27.

Job. 4: 16, 19. c. 9: 24. c. 14: 19. c. 20: 15.

§. 9. *Munach inferior* — in nonnullis locis pro ſervo apparet variantibus codicibus, ſed errore ut videtur correctorum, ut ex codicum collatione liquet. ut

Pſ. 1: 1. אַשְׁרֵי הָאִישׁ pro אַשְׁרֵי

Sic Pſ. 44: 2. 85: 9. 93: 5. ubi loco — Munach inferioris, Berol. Cod. — Munach ſuperius exhibet. Ita quoque Pſ. 91: 4. in voce לָךְ loco — Rhebia, eſt — Tiphcha anterior in aliis Codicibus, cui recte ſervit — Munach inferior c. 10. §. 2.

§. 10. *Minimus* eſt ex Servorum ordine, dum aſſumitur in tertia voce — *Mahpach*, qui quandoque compoſitionem admittit. c. 1. §. 18. Rarior tamen eſt hujus Minimi, poſt — *Merca* vel — Munach

nach ſuperiorem in ſecunda, uſus, his fere in locis variantibus codicibus.

Job. 32: 6. אֱלִיהוּא בֶן־בַּרַכְאֵל הַבּוּזִי *Elihu, filius Barachel Buzites.*

Pſ. 55: 24. תּוֹרִידֵם לִבְאֵר שַׁחַת *deſcendere fac eos, in foveam perditionis.*

Parall. Pſ. 86: 14. 90: 17.

§. 11. *Minor* Subdiſtinctivus in Ditione Rhebia, eſt *Pſik* ׀ vel *Kadmatum*, vel *Mahpachatum*, hac differentia, ut *Mahpach Pſikatum* nullum admittat ſervum, quem tamen *Pſik Kadmatum* facile patitur.

§. 12. *Pſik Mahpachatum* occurrere ergo poteſt: 1. in ſecunda a Rhebia voce, dum tertia non datur.

Pſ. 6: 7. יָגַעְתִּי בְּאַנְחָתִי *Feſſus ſum, in ſuſpiriis meis.*

Sic Pſ. 1: 8. 28: 9. 39: 7. 48: 12. 97: 9. 116: 3. Prov. 7: 12. c. 10: 26, c. 26: 1. Iob. 24: 18, 19. c. 28: 28. c. 33: 27.

2. In tertia a Rhebia voce, non dato ſervo in quarta.

Pſ. 18. 3. יְהוָה סַלְעִי וּמְצוּדָתִי *Dominus, eſt petra mea & arx mea.*

Sic Pſ. 72: 19. 73: 28: 78: 21. 84: 11. 87: 4. 108: 8. 109: 21. 115: 1. 135: 6. 138: 6. 139: 16. Prov. 23: 7. c. 24: 14. c. 30: 1, 20. Iob. 14: 7, 19.

Pſ. 4: 2. עֲנֵנִי אֱלֹהֵי צִדְקִי *reſponde mihi, Deus juſtitiae meae.*

Sic

Sic Pſ. 5: 3, 9. 10: 8. 15: 4. 17: 3. 19: 5. 27: 6. 38: 13. 40: 6. 59: 12. 60: 8. 62: 12. 71: 6, 15. 97: 7. 101: 2. 104: 15.

Prov. 22: 29. c. 28: 24. c. 31: 15.

Job. 4: 16, 19. c. 19: 24. c. 9: 12. c. 10: 13. c. 21: 17. c. 26: 14. c. 28: 3. c. 33: 15. c. 37: 21.

3. Imo & in quarta a Rhebia, interveniente in ſecunda ֥ Merca, in tertia ֤ Mahpach, vel ֤֥ Mahpach Sarkato, loco Minimi. §. 10.

Pſ. 86: 14. אֱלֹהִ֤ים ׀ זֵ֘דִ֤ים קָֽמוּ־עָלַ֗י *o Deus, ſuperbi ſurrexerunt, contra me.*

Pſ. 90: 17. וִיהִ֤י ׀ נֹ֤עַם יְהוָ֬ה אֱלֹהֵ֗ינוּ *Et ſit, ſuavitas Domini, Dei noſtri.*

Job. 32: 6. וַיַּ֤עַן ׀ אֱלִיה֣וּא בֶן־בַּרַכְאֵ֣ל הַבּוּזִ֑י *Et reſpondit, Elihu, filius Barachel Buzites.*

§. 13. *Pſik Kadmatum* ׀֨, alter Minor Ditionis Rhebia, ſaepius adhibetur, vel *libere*, dum nullus ſequitur ſervus, nec Subdiſtinctivus, ipſo denuo minor, vel *neceſſario*, dum ſervus ſequitur, vel denuo Subdiſtinctivus alius, in ditione Pſik Kadmati.

§. 14. Pſik Kadmatum ׀֨, ſedem habet in ſecunda *libere*, dum Ditio Rhebia eſt duarum vocum: ſive ſub ֥֤ Merca Mahpachato, ſive ſub ֑ Athnacho, ut plurimum ipſo ֗ Rhebia, vel ſaltem ſecunda illius voce non laborante, c. 1. §. 26. aut maccaphata.

Pſ. 5: 11. הַֽאֲשִׁימֵ֨ם ׀ אֱלֹהִ֗ים *Reos fac eos, Deus.*

Pſ. 2: 2. יִ֥תְיַצְּב֨וּ ׀ מַלְכֵי־אֶ֗רֶץ *ſiſtent ſe, Reges terrae.*

K Parall.

Parall. Pſ. 11: 1. 15: 3. 32: 8. 36: 7. 38: 12. 39: 4. 42: 5. 91: 15. 137: 1. Prov. 6: 14. c 19: 7. Job. 16: 10.

Neceſſario autem, in Ditione trium quatuorve vocum, dum maxima Diſtinctio in ſecundam incidit, tertia autem, ſervo gaudet, ſive quarta adfuerit, ſive non.

ut Pſ. 9: 21. שִׁיתָה יְהֹוָה מוֹרָה *pone Domine, doctorem.*

Parall. Pſ. 20: 7. 22: 27. 28: 1. 40: 17. 47: 10. 57: 2. 70: 5. 72: 17. 78: 5, 8. 131: 2. 133: 2. 142: 4.

Pſ. 7: 7. קוּמָה יְהֹוָה בְּאַפֶּךָ *ſurge Domine, in ira tua.*

Pſ. 79: 3. שָׁפְכוּ דָמָם כַּמַּיִם *effuderunt ſanguinem eorum, ut aquam.*

Parall. Pſ. 10: 5. 17: 1. 18: 1, 8, 9, 12, 14. 19: 7. 22: 16, 24, 27, 30. 23: 5. 24: 7, 9. 25: 5. 40: 7. 42: 9. 48: 14. 49: 12, 15. 50: 1, 7, 21. 51: 16. 54: 5. 55: 16. 57: 4. 62: 9. 63: 2. 65: 14. 66: 6, 7. 68: 7. 75: 2. 77: 17, 18, 19. 78: 4, 55. 80: 2. 82: 4. 86: 11. 91: 7. 92: 10. 93: 3. 94: 23. 97: 8. 100: 4. 103: 22. 104: 14, 24. 112: 10. 129: 8. 141: 4. 143: 3, 5. 146: 7. 147: 8.

Prov. 8: 29. c. 23: 5. Job. 10: 17. c. 12: 3, 4, 6. c. 13: 27. c. 14: 5. c. 16: 9, 10, 12, 13. c. 19: 27, 29. c. 24: 5, 12, 24. c. 28: 4. c. 33: 23, 25. c. 34: 33. c. 37: 6. Item Pſ. 135: 21. 146: 10. 147: 20. Job. 10: 22.

Pſ. 42: 9. יוֹמָם יְצַוֶּה יְהֹוָה חַסְדּוֹ *Interdiu praecipiet Dominus, benignitatem ſuam.*

Parall. Pſ. 92: 10. 117: 2.

Item Pſ. 79: 3. Prov. 8: 29. c. 24: 12. Iob. 10: 17. c. 13: 27. c. 16: 10, 12, 13. &c.

§. 15. In tertia a Rhebia voce intermedio ſervo, Minor ֓ Pſik Kadmatum ſaepius occurrit, & neceſſario quidem, quoties vel ſervus, vel inſuper Sub-

Subdiſtinctivus ſequitur, in quacunque Ditione, ∸ Rhebia appareat.

Pſ.18:16. וַיֵּרָאוּ אֲפִיקֵי מַיִם *& apparebant, alvei aquarum.*

Parall. Pſ. 9:7. 40:7. 96:13. 101:3. 106:47. 137:7.

Pſ. 17: 3. בָּחַנְתָּ לִבִּי פָּקַדְתָּ לַּיְלָה *Probaſti cor meum, viſitaſti nocte.*

Parall. Pſ. 2:12. 3:8. 10:9. 19:14. 26:1. 37:28, 34. 39:12. 40:10, 11. 41: 7, 14. 43:1. 45:2. 48:9. 49:11. 50:16. 60:9. 64:6. 68:19, 31. 69:35. 74:2. 78:31. 80:3. 81:11. 90:10. 95:10. 96:10. 106:7. 108:9. 110:4. 111:10. 113:9. 140:5.

Prov. 6:22. c. 25:13. c. 28:10. c. 30:1. c. 31:15.

Iob. 5:5. c. 14:13. c. 15:28. c. 24:20. c. 31:34, 35, 40. c. 34:19, 29. c. 39:25.

§. 16. Ad quartam a Rhebia vocem, aſcendit ∸ Kadma Pſikatum, praevio Minimo, vel Minor ſi repetitus, rariſſime tamen.

Pſ. 55: 24. וְאַתָּה אֱלֹהִים תּוֹרִדֵם לִבְאֵר שַׁחַת *Tu autem Deus, deducas eos in foveam corruptionis.*

Prov. 24: 31. וְהִנֵּה עָלָה כֻלּוֹ קִמְּשֹׂנִים *Et ecce, aſcendit undique carduus.*

Pſ. 144: 1. לְדָוִד בָּרוּךְ יְהוָה צוּרִי *Davidis, benedictus ſit Dominus rupes mea.*

§. 17. *Subdiſtinctivus Magnus* in Ditione ∸ Rhebia, aeque ac in aliorum Subdiſtinctivorum Ditione, eſt ∸ *Pazer*, qui in ſecunda, tertia, quarta

ta & ulterius poni & repeti poteſt. vide c. 10. §. 9. c. 11. §. 10.

§. 18. In ſecunda a Rhebia voce apparens ֙ *Pazer*, ſemper poſtulat aliquam Ditionem.

Pſ. 44: 4. כִּי לֹא בְחַרְבָּם יָרְשׁוּ אָרֶץ *Nam non in gladio ſuo, hereditarunt terram.*

Pſ. 7: 6. יִרַדֹּף אוֹיֵב נַפְשִׁי וְיַשֵּׂג *Perſequetur inimicus animam meam, & attinget.*

Parall. Pſ. 13: 3. 59: 4. 68: 28. 89: 20. 90: 4. 127: 2. 140: 6. 141: 5. Prov. 6: 2. c. 7: 23. Iob. 6: 4.

§. 19. In tertia a Rhebia voce hic Magnus ֙ *Pazer* adeſt libere.

Pſ. 11: 2. כִּי הִנֵּה הָרְשָׁעִים יִדְרְכוּן קֶשֶׁת *Nam ecce impii, tendent arcum.*

Parall. Pſ. 32: 5. 35: 13. 40: 13. 45: 3. 65: 10. 69: 14. 79: 2. 23: 4. 59: 6. 71: 3. 106: 38. 138: 2. Prov. 30: 8. Iob. 10: 15. c. 16: 4. c. 24: 14. item Pſ. 99: 5, 9. 123: 2. 125: 3.

§. 20. In quarta a Rhebia voce, intercedente Minore, adeſt hic Magnus ordinarie.

Pſ. 79: 1. אֱלֹהִים בָּאוּ גוֹיִם בְּנַחֲלָתֶךָ *o Deus, venerunt gentes, in heriditatem tuam.*

Prov. 22: 29. חָזִיתָ אִישׁ מָהִיר בִּמְלַאכְתּוֹ *Vidiſti virum celerem in opere ſuo.*

Parall. Pſ. 2: 12. 4: 2. 27: 6. 28: 1. 104: 35. 141: 4.

In quinta vero Pſ. 68: 31. neceſſario.

§. 21. Repetito quoque ſi opus eſt, poni poteſt

teſt Magnus –֡ *Pazer*, id quod tamen eſt rariſſimum.

Prov. 30:4. מִי עָלָה־שָׁמַיִם וַיֵּרַד מִי אָסַף־רוּחַ בְּחָפְנָיו מִי צָרַר־מַיִם בַּשִּׂמְלָה *Quis aſcendit coelum, ut deſcendat? quis collegit ventum, pugillis ſuis? quis ligavit aquas, in veſtimento ſuo.*

TABULA

Ditionis Rhebia.

		Domini		
Summus.	Serv.	Minimus;	Minor.	Magn.
[illegible]	[illegible]	[illegible] [illegible]	[illegible]	[illegible]
	[illegible]	[illegible] [illegible]	[illegible]	[illegible]
	[illegible]			
	[illegible]			

CAP. X.

DITIO SARKA.

§. 1. ֮ *Sarka*, c. 1. §. 5. N. 6. Diſtinctivus, c. 2. §. 5. N. 6. inter Subdiſtinctivos primos, c. 2. §. 11. N. 2. Ditionis Merca Mahpachati proprius, c. 5. §. 6. vel unius vocis eſt Dominus, ſive in initio periodi, ſive ſequente Subdiſtinctivo alio; vel plurium vocum Ditionem ſortitur.

§. 2. *Servus* ordinarius, in ſecunda a ֮ Sarka voce, c. 3. §. 6. eſt ֣ *Munach inferior*, c. 2. §. 13. 2. ſi ſcilicet inter tonum vocis Sarkatae & vocis ſervo notandae intercedat ſyllaba, nec vox ſervi ſit dageſchata.

Pſ. 4: 9. בְּשָׁלוֹם יַחְדָּו *In pace ſimul.*

Prov. 8: 34. אַשְׁרֵי אָדָם *Beatus homo.*

Job. 27: 5. חָלִילָה לִּי *Abſit a me.*

Parall. Pſ. 12: 7. 28: 3, 4. 30: 12. 35: 8. 43: 2. 51: 19. 59: 1. 62: 11. 58: 5, 10. Prov. 8: 13. Iob. 29: 25. c. 32: 3.

Idem ſervus dato Subdiſtinctivo in tertia.

Pſ. 18: 7. בַּצַּר־לִי אֶקְרָא יְהוָה *dum anguſtia mihi eſt invocabo Dominum.*

Parall. Pſ. 42: 10. 49: 15. 52: 2. 55: 22. 59: 17. 62: 4. 65: 5. 68: 5, 9. 78: 20.

§. 3. *Servus* extraordinarius eſt ֤ *Merca*, qui ad-

adhibetur, quoties vox ſervo notanda eſt monoſyllaba, vel dageſchata.

Pſ. 4: 7. רַבִּים אֹמְרִים *multi dicunt.*

Pſ. 14: 4. הֲלֹא יָדְעוּ *An non cognoverunt.*

Pſ. 6: 3. 14: 3. 21: 10. 22: 15. 28: 7. 30: 10. 31: 10, 21. 32: 7. 46: 10. 48: 3 57: 2, 5. 59: 14. 65: 5, 10. Prov. 23: 31, 35. Job. 3: 6.

§. 4. Uterque ſervus τῦ Sarka, tam ֥ Merca, quam ֣ Munach, concurrunt vel in unica voce. Pſ. 76: 12. נִדְרוּ *voverunt.* Pſ. 86: 2. שָׁמְרָה *cuſtodivit.* vel ut Pſ. 60: 2. אֶת אֲרָם *Syrum.* Pſ. 53: 7. מִי יִתֵּן *quis dabit.* Sic Pſ. 14: 7. Job. 31: 7: in duabus vocibus per Maccaph implicitum cohaerentibus, c. 1. §. 18. 24. Niſi potius hunc duplicem ſervum, Minimum appellemus.

§. 5. Minimus & Minor, in Ditione Sarka, eſt *Pſik* vel ׀ ֤ *Mahpachatum*, vel *Kadmatum* ׀ ֨.

§. 6. *Mahpach Pſikatum* ׀ ֤, cujus Pſik aliquando excidit, Minimus eſt ordinarius, ſedem habens in ſecunda tertiave a Sarka voce, ſi nulla praeterea vox adſit, cum nec ſervum nec Subdiſtinctivum patiatur, Mahpach Pſikatum.

Pſ. 37: 7. דּוֹם ׀ לַיהוָה *Sile, Domino.*

Parall Pſ. 53: 6. 59: 8. 68: 17. 102: 27. 109: 16. 142: 7. Job. 16: 4. c. 24: 13. c. 34: 20.

Pſ. 1: 1. אֲשֶׁר ׀ לֹא הָלַךְ *qui, non ambulavit.*

Parall.

Parall. Pſ. 13: 6. 15: 5. 18: 7. 21: 10. 24: 10. 27: 4. 28: 7. 31: 21. 32: 4, 7, 9. 37: 14. 40: 3, 6, 18. 42: 10. 43: 2. 49: 15. 52: 2. 55: 22. 57: 5, 7. 59: 17. 62: 4, 10. 65: 5. 70: 6. 71: 22. 79: 10. 104: 25. 143: 10. Prov. 30: 14, 17. Job. 7: 21. c. 30: 1.

§. 7. *Pſik Kadmatum* ⌐ Minor eſt ordinarius, in ſecunda & tertia a Sarka voce, vix ſine ſervo, quem & in eadem voce ſecunda aſſumit.

Pſ. 9: 17. נוֹדַע יְהוָה *Notum facit*, *Dominus*.

Sic Pſ. 42: 6, 12. 43: 5. Prov. 24: 24.

Pſ. 7: 10. יִגְמָר־נָא רַע רְשָׁעִים *conſumet quaeſo malum*, *improbos*.

Parall. Pſ. 19: 10. 27: 2, 3, 9. 30: 6. 31: 3. 32: 6. 40: 15. 42: 3, 5. 51: 6. 55: 23. 69: 7. 72: 16. 79: 6. 84: 3, 12. 98: 3. 126: 6. 132: 12. 137: 6. 142: 5. 143: 7, 8. 144: 12. Prov. 30: 9, 19: Job. 7: 20.

§. 8. *P*ſik Kadmatum ⌐ & tertiam, a ⌒ Sarka tenet, aſt libere & rarius adhibetur, non data alia voce in eadem Ditione:

Pſ. 60: 2. בְּהַצּוֹתוֹ אֶת אֲרַם נַהֲרַיִם *Dum percuſſit ille*, *Syrum Meſopotamiae*. coll. *P*rov. 30: 15. Job. 11: 6.

Saepius vero & quidem neceſſario, ſequente ſervo in quarta a Sarka voce, quae eſt ſecunda a *P*ſik Kadmato ⌐; nam ⌐ Mahpach *P*ſikatum tunc adhiberi nequit. §. 6.

Pſ. 29: 9. קוֹל יְהוָה יְחוֹלֵל אַיָּלוֹת *Vox Domini*, *parere facit cervas*.

Pſ.

Pſ. 31: 14. כִּי שָׁמַעְתִּי דִּבַּת רַבִּים *Nam audivi, obtrectationem multorum.*

Parall. Pſ. 40: 4. 62: 5. 68: 9. 75: 9. 78: 20, 38. 79: 13.

§. 9 *Magnus*, qui Ditionem Sarka ֒ diſtinguit, eſt ֡ *Pazer*, c. 2. §. 12. N. 1. idem ac in Ditione Rhebia, c. 9. §. 17. rarior tamen adeſt, ut plurimum Ditionem propriam poſtulans.

§. 10. In ſecunda a Sarka voce adeſt ֡ Pazer, ſi trium vocum Ditionem conſequi poſſit, *libere.*

Pſ. 5: 10. כִּי אֵין בְּפִיהוּ נְכוֹנָה *Nam non eſt in ore ejus, rectum.*

Parall. Pſ. 31: 11. 56: 14. 126: 2. 132: 11.

§. 11. In tertia adeſt, dato Minore §. 7. in ſecunda, *neceſſario.*

Pſ. 31: 12. מִכָּל־צֹרְרַי הָיִיתִי חֶרְפָּה וְלִשְׁכֵנַי מְאֹד *Ab omnibus hoſtibus meis fui opprobrio habitus, & vicinis meis, maxime (opprobrio fui.)*

Pſ. 39: 13. שִׁמְעָה תְפִלָּתִי יְהוָה וְשַׁוְעָתִי הַאֲזִינָה *Audi precationem meam, Domine; & clamorem meum, auſculta.*


§. 12. Ad quartam & ultra aſcendit, ad principium periodi uſque, idque neceſſario.

Pſ. 32: 6. עַל־זֹאת יִתְפַּלֵּל כָּל־חָסִיד אֵלֶיךָ *Propterea, orabit omnis pius, ad te.*

Pſ. 10: 14. רָאִתָה כִּי־אַתָּה עָמָל וָכַעַס תַּבִּיט *Vidiſti, quod tu laborem & indignationem, reſpicies.*

TABULA

Ditionis Sarka.



CAP. XI.

DITIO TIPHCHA ANTERIORIS.

§. 1. *Tiphcha anterior* — c. 1. §. 5. N. 7. inter Subdiſtinctivos primos c. 2. §. 11. N. 3. Minor, in Ditione — Athnachi, c. 6. §. 11. eove abſente, — Rhebia Gereſchati, c. 7. §. 6. adhibitus, vel unius vocis eſt Dominus, vel ipſe aliquot vocum Ditionem conſequitur.

§. 2. *Servus* illius ordinarius, in voce ſecunda c. 3. §. 6. praeſens, ſemper eſt — *Munach inferior*, ſive ſequatur, denuo Subdiſtinctivus alius, ſive non.

Pſ.

Pſ. 9: 16. טָבְעוּ גוֹיִם *demerſae ſunt gentes.*

Prov. 12: 4. אֵשֶׁת חַיִל *uxor valida.*

Job. 10: 12. חַיִּים וָחֶסֶד *vitam & gratiam.*

Pſ. 4: 5. אִמְרוּ בִלְבַבְכֶם *dicite in corde veſtro.*

Pſ. 6: 1. לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹת *Praefecto Muſices in Neginoth.*

Parall. Pſ. 15: 2. 17: 7. 19: 5. 20: 2. 22: 12. 24: 5. 25: 10. 27: 4. 29: 2. 30: 2. 31: 9. 33: 6. 34: 9. 35: 10. 36: 11. 37: 2. 38: 21. 40: 14. 44: 8. &c.

Prov. 1: 8. c. 2: 5. c. 3: 16. c. 4: 9. c. 5: 7. c. 6: 10. c. 7: 20. c. 8: 11. c. 9: 10. c. 10: 7. c. 11: 15, 20. c. 12: 1. c. 13: 1, 7. c. 14: 16. c. 15: 4. c. 16: 12. c. 17: 13. c. 18: 4. &c.

Job. 3: 24. c. 4: 18. c. 5: 10. c. 6: 6. c. 7: 9. c. 8: 10. c. 9: 8. c. 10: 10. c. 11: 8: 14. c. 12: 10. c. 13: 23. c. 14: 4. c. 15: 7. c. 16: 14. c. 17: 11. c. 19: 8. c. 20: 9. c. 21: 14. &c.

§. 3. *Minimus* ordinarius in ſecunda voce diſtinguens, eſt ֣ *Munach inferior*, ſequente in tertia, a Tiphcha anteriori, voce, ֤ *Mahpach* vel *ſimplici*, vel ſi compoſitio fieri poteſt, c. 1. §. 18. cum ֮ *Sarka compoſito*, ut ſit *Munach Mahpachatus* in Ditione trium vel plurium vocum. Nonnunquam etiam loco ֤֮ Mahpach Sarkati, ֫ *Munach ſuperior* adeſt, inprimis dum vox ante tonum habet ſyllabam brevem, quae compoſitionem Accentuum reſpuit. c. 1. §. 18.

Pſ. 6: 11. יֵבֹשׁוּ וְיִבָּהֲלוּ מְאֹד *pudeſiant & perterreantur, valde.*

Prov. 19: 24. טָמַן עָצֵל יָדוֹ *abſcondidit piger, manum ſuam.*

Pſ. 64: 11. יִשְׂמַח צַדִּיק בַּיהוָה *laetabitur juſtus, in Domino.*

Pſ. 72: 10. מַלְכֵי תַרְשִׁישׁ וְאִיִּים *Reges Tarſis, & Inſularum.*

Prov. 16: 4. כֹּל פָּעַל יְהוָה *Omnia fecit, Dominus.*

Job. 34: 37. כִּי יֹסִיף עַל־חַטָּאתוֹ פֶשַׁע *nam addet ad peccatum ſuum, iniquitatem.*

Parall. Pſ. 14: 1. 19: 8, 9. 25: 6. 28: 2. 34: 7. 49: 18. 51: 21. 55: 18, 19. 56: 10. 57: 8. 60: 6. 63: 6. 66: 15 74: 11. 75: 7. 78: 22. 79: 12. &c.

Prov. 3: 2. c. 4: 2. c. 5: 3. c. 6: 23. c. 7: 18. c. 11: 7. c. 14: 12. c. 15: 17. c. 16: 4. c. 17: 28. c. 19: 7. c. 22: 20. c. 26: 15. c. 28: 23. &c.

Job. 3: 7. c. 5: 17. c. 7: 2. c. 19: 7. c. 20: 5. c. 24: 15. c. 27: 8. c. 32: 6. &c.

§. 4. *Minimus* in tertiam a Tiphcha anteriori vocem incidens, non dato ſervo in quarta, §. 8: intercedente autem in ſecunda ordinario ſervo ֣ Munach, eſt ֤ *Mahpach*, ordinarie cum *Pſik*, extraordinarie ſine Pſik, quod excidit, quum eadem eſt conſecutionis facies, quae §. 3. Minimi in ſecunda cum ſervo in tertia.

Pſ. 1: 5. עַל־כֵּן ׀ לֹא־יָקֻמוּ רְשָׁעִים *propterea, non conſiſtent improbi.*

Job. 19: 3. זֶה עֶשֶׂר פְּעָמִים *His, decem vicibus.*

Parall. Pſ. 6: 11. 9: 19. 10: 7. 16: 9. 22: 28. 27: 1, 8. 30: 13. 37: 17. 65: 8. 66: 4. 69: 3. 72: 18. 84: 7. 86: 12. 105: 45. 109: 14. 131: 1. 134: 1. 135: 9. 145: 12. Prov. 16: 11. c. 21: 20. Job. 27: 13.

§. 5. Imo aliquando licet rarius, hic Minimus ֤ Mah-

Mahpach Pſikatum, in ſecundam a Tiphcha anteriori vocem, incidit.

Job. 23: 8. הֵ֤ן קֶ֣דֶם *Ecce, ante.*

§. 6. *Minor* ordinarius eſt *Pſik Kadmatum* ─̓, cujus ſedes eſt ſecunda, tertia vel quarta vox.

§. 7. Secunda vox habet hunc Minorem, in Ditione duarum vocum.

Pſ. 45: 13. וּבַת־צֹ֨ר ׀ בְּמִנְחָה *& Filia Tyri cùm munere.*

Ut & in Ditione trium vel plurium. Ut in Titulis nonnullorum Pſalmorum.

Pſ. 113: 1. הַֽלְלוּ יָ֨הּ ׀ הַֽלְלוּ *Laudate Dominum, laudate.*

Parall. Pſ. 135: 1. 147: 1.

§. 8. In tertia a Tiphcha anteriori voce, adhibetur ─̓ Pſik Kadmatum, dum ſervus in voce quarta adeſt neceſſario. §. 4.

Pſ. 9: 14. חָֽנְנֵ֬נִי יְהוָ֗ה רְאֵ֣ה עָ֭נְיִי *gratioſus eſto mihi Domine, vide afflictionem meam.*

Prov. 3: 28. אַל־תֹּאמַ֬ר לְרֵעֲךָ֨ ׀ לֵ֣ךְ וָ֭שׁוּב *ne dicas proximo tuo, abi & redi.*

Parall. Pſ. 12: 5. 31: 3. 41: 10. 48: 15. 61: 3. 65: 6, 9. 76: 6. 78: 6. 98: 1. 135: 3. 141: 8. 148: 1. 149: 1. Prov. 5: 21. c. 27: 14.

§. 9. Dato Minimo in ſecunda & tertia, §. 3. ſi quarta, ſit magis diſtinguenda, Minor ─̓ Kadma cum Pſik, eouſque aſcendit.

Pſ. 27: 1. לְדָוִד יְהוָה אוֹרִי וְיִשְׁעִי *Davidis: Dominus, eſt lux mea & ſalus mea.*

Pſ. 56: 10. אָז יָשׁוּבוּ אוֹיְבַי אָחוֹר *Tunc, recedent hoſtes mei, retro.*

Job. 24: 15. וְעֵין נֹאֵף שָׁמְרָה נֶשֶׁף לֵאמֹר *& oculus moechi, obſervat crepuſculum, dicendo.*

§. 10. Subdiſtinctivus *Magnus*, in Ditione –֖ Tiphcha anterioris, idem eſt ac in Ditione –֗ Rhebia c. 9. §. 17. & –֮ Sarka c. 10. §. 9. eodem conſecutionis ordine, –֡ *Pazer*.

§. 11. In ſecunda –֖ a Tiphcha anteriori voce, ordinarie adhibetur –֡ Pazer, ſi Ditio ejus magis ſit diſtinguenda, quam ut per Minorem commode fieri poſſit, ob Ditionem ejus ampliorem.

Pſ. 122: 4. שֶׁשָּׁם עָלוּ שְׁבָטִים שִׁבְטֵי־יָהּ *Nam eo aſcenderunt tribus, tribus Domini.*

Parall. Pſ. 137: 3.

§. 12. In tertia a –֖ Tiphcha anteriori voce apparet, vel ſine ſervo, vel cum Ditione aliqua propria, idem –֡ Pazer.

Job. 3: 5. יִגְאָלֻהוּ חֹשֶׁךְ וְצַלְמָוֶת *Vindicabunt eum, tenebrae & umbra mortis.*

Pſ. 5: 12. וְיִשְׂמְחוּ כָל־חוֹסֵי בָךְ לְעוֹלָם יְרַנֵּנוּ *At laetabuntur omnes confidentes in te, in ſeculum jubilabunt.*

Parall.

Parall. Pſ. 28: 5. 109: 2. Prov. 27: 22.

§. 13. Ad quartam a Tiphcha anteriori vocem aſcendit, hic Magnus ⸗ Pazer, quoties Minor §. 9. non ſatis diſtingueret, adeoque ob emphaſin adhibetur libere in quarta, ob §. 9. in quinta vero neceſſario adeſt.


Pſ. 98: 1. מִזְמוֹר שִׁירוּ לַיהוָה שִׁיר חָדָשׁ *Pſalmus. Cantatate Domino, canticum novum.*

Pſ. 4: 3. בְּנֵי־אִישׁ עַד־מֶה כְבוֹדִי לִכְלִמָּה *Filii viri, quouſque gloria mea, in ignominiam.*

Job. 32: 1. וַיִּשְׁבְּתוּ שְׁלֹשֶׁת הָאֲנָשִׁים הָאֵלֶּה *& quieverunt, tres viri illi.*

TABULA

Ditionis Tiphcha Anterioris.



CAP.

C A P. XII.

Ditio Subdistinctivorum Minimorum.

§. 1. *Subdiſtinctivi Minimi* in Ditione Athnachi, c. 6. §. 6-8. & Rhebia Gereſchati diſtinguentes, c. 7. §. 3. ſunt ut plurimum duarum vocum Ditione contenti, rarius trium vocum fiunt Domini.

§. 2. Ordinaria eorum interpunctio fit hoc modo, ut prima & ſecunda Minimorum vox, habeat ordinarios ſervos proprios, tertia vero aſſumat ſervorum omnium infimum ֤ *Mahpach*, vel ſimplex, vel ֤ *compoſitum cum Sarka*, hujuſve loco nonnunquam ֣ *Munach Superiorem*, dum denuo ſubdiſtinguenda eſt vox ſecunda vel tertia; imo tertia nonnunquam ֤ Pſik Mahpachatum admittit. §. 4.

§. 3. ֣ *Munach Munachatus* in Ditione Athnachi ordinarius, c. 6. §. 7. ſervum habet ordinarium in ſecunda voce ֣ *Munach inferiorem*, ſive vox ſit conjungenda, ut in Ditione duarum vocum ſemper, in Ditione trium aliquando; ſive ſit denuo ſubdiſtinguenda, in Ditione plurium vocum tantum.

§. 4. Tertia Ditionis Munach munachati vox diſtinguenda, poſtulat ֤ *Mahpach* vel *cum* vel *ſine Pſik*, illud ordinarie, hoc extraordinarie.

Pſ.

Pſ. 16: 10. כִּי לֹא־תַעֲזֹב נַפְשִׁי *Nam, non relinques animam meam.*

Parall. Pſ. 61: 9. 73: 8. 109: 25. 119: 128. Prov. 22: 3. c. 27: 12. Job. 5: 6. c. 11: 15. c. 13: 14. c. 20: 20. c. 31: 2. Pſ. 31: 15. 51: 18. 86: 9.

Pſ. 2: 5. אָז יְדַבֵּר אֵלֵימוֹ *Tunc, loquetur ad eos.*

Pſ. 6: 6. כִּי אֵין בַּמָּוֶת *Nam, non in morte.*

Parall. Pſ. 33: 9. 39: 13. 49: 11. 55: 20. 58: 10. 64: 4. 73: 19. 74: 13. 83: 6. 85: 10. 87: 4. 89: 11. 92: 5. 94: 12. 95: 3, 10. 103: 16. 104: 31. 113: 2. 119: 95. 127: 1. 140: 3. 141: 2, 7. 147: 10.

Job. 3: 11, 20. c. 5: 18. c. 7: 20. c. 12: 8, 15. c. 32: 3, 22.

Prov. 1: 23, 32. c. 2: 18. c. 3: 23, 32. c. 5: 20. c. 17: 26. c. 19: 2. c. 23: 5. c. 27: 24. c. 29: 13, 14. c. 30: 2.

§. 5. Tertia vox Munach Munachati, cum ſecunda voce conjungenda, ita ut ſecunda diſtinguat, adhibet Mahpach, ut plurimum ſi fieri poteſt c. 1. §. 18. ⸗ Sarkatum, vel ejus loco ⏊ Munach ſuperiorem, in voce polyſyllaba.

Pſ. 9: 10. וִיהִי יְהוָה מִשְׂגָּב *& erit Dominus, ſublimis locus.*

Pſ. 18: 25. וַיָּשֶׁב יְהוָה לִי *& reddet Jehova, mihi.*

Parall. Pſ. 80: 20. 88: 16. 96: 4. 109: 30. 136: 15. 145: 3. Pov. 25: 27. Job. 15: 23.

Pſ. 10: 17. תַּאֲוַת עֲנָוִים שָׁמַעְתָּ *Deſiderium afflictorum, audiviſti.*

Parall. Pſ. 83: 19. 119: 43, 110. 16: 8. Prov. 21: 8, 29.

§. 6. Ditionem quatuor vocum rariſſime conſequitur hic Minimus, in quarta infimum adhibens ſervum

vum ֤ Mahpach, dum tertia habet ֥ Munach ſuperiorem; nam alius non ſuppetit.

Pſ. 32: 2. לֹא יַחְשֹׁב יְהוָה לוֹ *non reputabit Jehova, ei.*

§. 7. *Minimus* extraordinarius, in Ditione Athnachi ſubdiſtinguens c. 6. §. 8. eſt ׀֥ *Merca Pſikatum* cum ſervo ֖ *Tiphcha non anteriori*, in voce ſecunda, accedente ergo tertia voce denuo ſubdiſtinguenda, adhibetur ׀֤ *Mahpach Pſikatum* ut §. 4.

Pſ. 10: 13. עַל־מֶה׀ נִאֵץ רָשָׁע *Cur, ſprevit improbus.*

Pſ. 89: 50. אַיֵּה׀ חֲסָדֶיךָ הָרִאשֹׁנִים *ubi ſunt, pii tui priores.*

Parall. Pſ. 18: 50. Job. 27: 13.

§. 8. ֥ *Merca* Minimus adſciſcit quandoque ֮ *Sarka*, c. 1. §. 18. qui ſemel quoque in Ditione Athnachi, in duabus vocibus per Maccaph implicitum cohaerentibus, ſcribitur, habetque in ſecunda & tertia monoſyllaba ֤ *Mahpach.*

Pſ. 5: 5. כִּי לֹא אֵל־חָפֵץ רֶשַׁע אָתָּה *Nam non es Deus cui placeat improbus, Tu.*

§. 9. *Minimus* ֥ Merca Sarkatum in una voce occurrens, in proxima ejuſdem qualitatis voce diſtinguenda, bis adhibet *Magnum* ׀ *Schalſchelet*, id quod & ejus vicarius ֣ *Munach ſuperior*, ubi compoſitio fieri nequit, c. 1. §. 18. adhibitus c. 6. §. 8. imitatur, his potiſſimum in locis.

Pſ.

Pſ. 65: 2. לְךָ דֻמִיָּה תְהִלָּה אֱלֹהִים *Tibi manet laus, o Deus.*

Pſ. 72: 3. יִשְׂאוּ הָרִים שָׁלוֹם *ferte montes, pacem.*

Prov. 1: 9. כִּי לִוְיַת חֵן הֵם *Nam acceſſio gratiae, illa ſunt.*


Prov. 6: 27. הֲיַחְתֶּה אִישׁ אֵשׁ *an capiet quis ignem.*

TABULA

Ditionis Subdiſtinctivorum Minimorum Athnachi.

Munach Munachati, Merca, Merca Sarkati, Munach Superioris.

Summus. Serv. Minimi. Magnus.



Digitized by Google

CAP. XIII.

DITIO PAZER.

§. 1. – *Pazer* c. 1. §. 5. N. 8. Denuo Subdiſtinctivus Magnus, c. 2. §. 12. N. 1. in Ditione Athnachi, c. 6. §. 21. & Rhebia Gereſchati, c. 7. §. 13. extraordinarie, in Ditione autem Rhebia, c. 9. §. 17. & ſeqq. Sarka, c. 10. §. 9. & Tiphcha, c. 11. §. 10. ordinarie diſtinguens, vel unius vocis eſt Dominus, Pſ. 4: 3. בני־איש *Filii viri.* Pſ. 98: 1. מזמור *Pſalmus.* Job. 3: 5. יגאלהו *Vindicabunt eum.* Pſ. 32: 6. על־זאת *Propterea.* vel plurium vocum Ditionem ſaepius conſequitur.

§. 2. *Servus* ejus ordinarius in Ditione plurium vocum eſt – *Jerach ben jomo.* c. 2. §. 13. N. 5. vel – *Mahpach* c. 2. §. 13. N. 4. variantibus codicibus. vide §. 3. 6.

§. 3. *Minimus* eſt – *Mahpach*, vel cum vel ſine Pſik, in ſecunda tertiave voce, ſi ditio – *Pazer*, non ſit niſi duarum, triumve vocum. Duarum, ut

Prov. 30: 8. שוא ודבר־כזב *Vanitas, & verbum mendacii.*

Pſ.

Pſ. 45: 8. עַל־כֵּן מְשָׁחֲךָ *propterea, unxit te.*

Pſ. 89: 20. אָז דִּבַּרְתָּ־בְחָזוֹן *Tunc, locutus es in viſione.*

Trium vero, intermedio ֤ Mahpach vel ֪ Jerach. §. 2.

Pſ. 28: 5. כִּי לֹא יָבִינוּ *nam, non intelligent.*

Pſ. 44: 4. כִּי לֹא בְחַרְבָּם *nam, non in gladio ſuo.*

Parall. Pſ. 5: 10. 11: 2. 31: 11. 56: 14. 59: 4, 6. 75: 9. 90: 4. 126: 2. Job. 16: 4. Prov. 7: 23. c. 30: 33.

§. 4. *Minor* ordinarius in Ditione Pazer, eſt ֨ *Kadma* cum *Pſik*, quod Pſik nonnunquam excidit. Sedes ejus eſt in ſecunda, tertia, imo & in quarta a Pazer voce.

§. 5. In ſecunda voce adhibetur, in Ditione duarum vocum, dum vox, quae Kadma habet, eſt Maccaphata.

Pſ. 132: 11. נִשְׁבַּע־יְהוָה׀ לְדָוִד *Juravit Dominus, Davidi.*

Pſ. 19: 15. יִהְיוּ־לְרָצוֹן׀ אִמְרֵי־פִי *Sunto beneplacitum, verba oris mei.*

Pſ. 140: 6. טָמְנוּ־גֵאִים׀ פַּח *abſconderunt ſuperbi, laqueum.*

Vel dum ſequitur in tertia ſervus alius, ut

Pſ. 7: 6. יִרַדֹּף אוֹיֵב׀ נַפְשִׁי *Perſequetur hoſtis, animam meam.*

Pſ. 39: 13. שִׁמְעָה תְפִלָּתִי יְהוָה *Audi orationem meam, Domine.*

Parall. Pſ. 40: 13. 68: 28. 69: 14. 104: 35. 141: 5. 148: 14. Prov. 27: 22. c. 30: 4.

§. 6. In tertia itidem vel ſine ſervo, interveniente ◌֪ Jerach vel ◌֤ Mahpach in ſecunda:

Pſ. 5: 12. וְיִשְׂמְחוּ כָל־חוֹסֵי בָךְ *Et laetabuntur, omnes ſperantes in te.*

Pſ. 13: 2. עַד־אָנָה אָשִׁית עֵצוֹת *Quouſque, ponam conſilia.*

Parall. Pſ. 27: 6. 68: 31. 84: 4. 106: 38. 122: 4. 123: 2. 138: 2. 141: 4.

Vel cum ſervo in quarta a Pazer.

Pſ. 141: 4 אַל־תַּט לִבִּי לְדָבָר רָע *Ne inclina cor meum, ad rem malam.*

Pſ. 23: 5. גַּם כִּי־אֵלֵךְ בְּגֵיא צַלְמָוֶת *Etiamſi ambulavero, in valle umbrae mortis.*

Pſ. 22: 25. 65: 10. 71: 3. 127: 2.

§. 7. In quarta a Pazer is itidem reperitur, dato Mahpach & Merca in ſecunda & tertia, ſemel tantum.

Pſ. 90: 10. יְמֵי־שְׁנוֹתֵינוּ בָהֶם שִׁבְעִים שָׁנָה *Dies annorum noſtrorum (quod attinet,) illi ſunt 70. annorum.*

TA-

TABULA

Ditionis Pazer.

Summus.	Serv.	Minimus	Minor.
◌֡	◌֪ ◌֤	◌֤֠ ◌֤	◌֟

CAP. XIV.

DITIO SCHALSCHELET.

§. 1. ◌֓ *Schalſchelet*, c. 1. §. 5. N. 9. Denuo-Subdiſtinctivus, c. 2. §. 12. N. 2. Minimis inſerviens Diſtinctivis & Subdiſtinctivis. c. 8. §. 7. c. 12. §. 9. ſaepius unius vocis eſt Dominus, aliquando tamen aliquam Ditionem conſequitur.

§. 2. *Servus* ejus eſt omnium Minimorum communis c. 12. §. 2. ◌֤ *Mahpach*, vel ſimplex, vel cum ◌֤֘ *Sarka compoſitum*, in Ditione duarum triumve vocum.

Pſ. 3: 3. אֵין יְשׁוּעָתָה׀ *Non eſt ſalus.*

Pſ. 72: 3. יִשְׂאוּ הָרִים׀ *Ferte montes.*

Parall. Pſ. 34: 8. 137: 9. Prov. 6: 27.

Pſ.

Pſ. 68: 15. בְּפָרֵשׂ שַׁדַּי *cum expanderet omnipotens.*

§. 3. Libere ubi compoſitio fieri nequit, c. 1. §. 18. venit ֣ Munach ſuperior. §. 4.

Pſ. 65: 2. דֻמִיָּה תְהִלָּה *manet laus.*

§. 4. Minimus in tertia eſt ֤ *Mahpach Pſikatum.*

Pſ. 65: 2. לְךָ דֻמִיָּה תְהִלָּה *Tibi, manet laus.*


Prov. 1: 9. כִּי לִוְיַת חֵן *Nam, acceſſio gratiae.*

Neque ultra tertiam vocem, Ditio ֓ Schalſchelet ſeſe extendit.

TABULA

Ditionis Schalſchelet.

	Servi		Dom.
Summus.	ord.	extraord.	Minim.



CAP.

Digitized by Google

CAP. XV.

Ditio Kadma Pſikati.

§. 1. ⏤ *Kadma Pſikatum*, c. 1. §. 5. N. 10. Denuo-Subdiſtinctivus, c. 2. §. 12. N. 3. in Ditione Subdiſtinctivorum primi ordinis, nec non Diſtinctivorum, nonnunquam apparens, vel eſt unius vocis Dominus, vel aliqualem Ditionem poſtulat.

§. 2. *Servus* ipſius ordinarius, eſt idem qui Minimorum omnium, ⏤ *Mahpach* ſcilicet, vel *Simplex*, vel *Compoſitum* cum Sarka ⏤˜, & hujus loco extra ordinem ⏤ *Munach ſuperior*, rarius *Merca* – ut c. 12. §. 2. c. 14. §. 2.

§. 3. ⏤ *Mahpach* eſt omnium frequentiſſimus, & in ſecunda voce adeſt, ſi Ditio ⏤ Kadma Pſikati ſit duarum vocum.

Pſ. 7: 6. יִרַדֹּף אוֹיֵב *perſequetur inimicus.*

Pſ. 1: 3. אֲשֶׁר פִּרְיוֹ *quae fructum ſuum.*

Parall. Pſ. 18: 51. 19: 10, 14. 22: 24, 25. 23: 4. 24: 7, 9. 25: 7. 27: 2, 5. 29: 9. 30: 6. 37: 28. 39: 6. 40: 10. 41: 7, 10. 42: 5. 43: 1. 48: 9, 14. 49: 11. 50: 7, 21. 51: 6. 54: 5. 55: 23. 57: 2. 60: 9. 61: 3. 62: 5. 66: 6. 68: 9, 28. 69: 14. 71: 3. 72: 16, 17. 74: 2. 77: 19. 78: 5, 31, 38. 80: 3. 84: 12. 90: 10. 91: 7. 92: 8. 96: 10. 98: 1. 103: 17. 104: 35. 106: 48. 108: 9. 110: 1. 133: 3. 137: 3. 140: 5. 141: 5, 8. 142: 5. 144: 12. 147: 8, 20. 148: 14. 149: 9.

Prov. 23: 5. c. 28: 10. c. 30: 4, 9. c. 31: 4.

Job. 10: 3, 17. c. 12: 3, 6. c. 16: 9. c. 19: 27, 29. c. 24: 17. c. 28: 4. c. 31: 34. c. 32: 2. c. 33: 23, 26. c. 34: 29. c. 37: 6, 12. c. 39: 25.

§. 4. Compoſitionem, fieri ſi poteſt c. 1. §. 18. admittit, in eadem Ditione, ſatis frequenter.

Pſ. 9: 21. שִׁיתָה יְהוָה *Pone Domine.*

Pſ. 18: 9. עָלָה עָשָׁן *aſcendit nubes.*

Parall. Pſ. 3: 8. 7: 7. 10: 5. 25: 5. 40: 17. 41: 14. 47: 10. 66: 7. 68: 19. 69: 7, 70: 5. 75: 2. 86: 11. 95: 10. 98: 3. 99: 6. 106: 7. 126: 6. 135: 21. 142: 8. 143: 3, 5, 7, 8. 144: 1. 146: 7.

Prov. 8: 13. c. 24: 11, 27, 31. c. 27: 14.

Job. 13: 27. c. 16: 12. c. 24: 12, 20.

§. 5. Extra ordinem venit, ſi compoſitio fieri nequeat, c. 1. §. 18. ut plurimum quidem in vocibus polyſyllabis aut Maccaphatis, libere tamen, — *Munach ſuperior*, in duarum vocum ditione.

Pſ. 18: 8. וַתִּגְעַשׁ וַתִּרְעַשׁ *& mota eſt & concuſſa.*

Pſ. 7: 10. יִגְמָר־נָא רַע *conſumet quaeſo malum.*

Parall. Pſ. 18: 14. 22: 27. 40: 4. 42: 3. 63: 2. 65: 14. 79: 3. 102: 3. 104: 24. 132: 12. 142: 4.

§. 6. Specialis Servus, qui in Titulis nonnullorum Pſalmorum, in vocibus הַלְלוּ יָהּ tantum adhibetur, eſt — *Merca.*

Pſ. 112: 1. 113: 1. 135: 1. 147: 1. 148: 1. 149: 1. 150: 1.

§. 7. Trium quatuorve vocum Ditionem raro conſequitur, quando diſtinctione nova opus eſt.

§. 8. Minimus tum eſt — *Mahpach Pſikatum*, qui Accentus in Ditione duarum triumve vocum occurrit. In Ditione duarum.

Pſ.

Pſ. 44: 3. אַתָּה׀ יָדְךָ׀ *Tu, manu tua.*

Pſ. 50: 1. אֵל׀ אֱלֹהִים׀ *Deus, Deus.*

Sic quoque Pſ. 55: 20. 71: 18.

In Ditione trium in tertia, intermedio ſervo §. 2. in ſecunda, ֤ Mahpach Pſikatum adeſt, ubi & Pſik lineola quandoque excidit.

Pſ. 10: 14. כִּי־אַתָּה׀ עָמָל וָכַעַס׀ *Nam tu, laborem & indignationem.*

Pſ. 42: 9. יוֹמָם׀ יְצַוֶּה יְהוָה׀ *Interdiu, praecipiet Dominus.*

Pſ. 117: 2. כִּי גָבַר עָלֵינוּ׀ *Nam, invaluit ſupra nos.*

Pſ. 92: 10. כִּי הִנֵּה אֹיְבֶיךָ׀ *Nam, ecce inimici mei.*


§. 9. Minimus extraordinarius, in ſecunda a Kadma Pſikato voce, eſt ֖ *Tiphcha non anterior*, ſequente in tertia novo diſtinctivo ֓ Schalſchelet, c. 4. §. 18. c. 8. §. 13. ſemel tantum occurrente.

Pſ. 125: 3. לְמַעַן׀ לֹא־יִשְׁלְחוּ הַצַּדִּיקִים׀ *Propterea non mittent juſti.*

§. 10. Magni vices praeſtare videtur, loco §. ſuperiori allegato, ֓ *Schalſchelet*, in tertia a ֨ Kadma Pſikato voce, extra ordinem, non niſi unica vice, adhibitus.

TABULA

Ditionis Kadma Pſikati:



CAP. XVI.

DUPLEX ACCENTUATIO METRICA.

§. 1. *Duplex Accentuatio* eſt illa, dum duo Accentus Tonici, qui compoſitionem non admittunt, c. 1. §. 10. 11. & hinc duas voces, ſine Maccaph vel expreſſo vel implicito cohaerentes, requirunt, in unica voce juxta apparent.

§. 2. Duplex Accentus in Metricis rarior adeſt, nec niſi unicam vocem, nunquam plures ſe invicem inſequentes, multo minus periodum integram, ut in Proſaicis aliquando obtinet, admittit.

§. 3. Vox duplici Accentu notata, ordinarie eſt polyſyllaba, & ſi fieri poteſt, alter Accentus in

Digitized by Google

in tono vocis apparet, alter vero loco Metheg Euphonici, adhibetur.

§. 4. Concurrunt autem hoc ordine; ut vel Dominus Servum ſuum habeat comitem; vel Servum Dominus excipiat; vel duo Servi in unica voce adſint.

§. 5. Cauſa & ratio videtur eſſe, partim conſecutio Accentuum, partim & in genere quidem ipſa Emphaſis vocum duplici Accentu notatarum.

§. 6. Domini, qui Servum adſciſcunt in eadem voce, ſunt: *Merca Mahpachatum*, *Athnach*, *Rhebia*, *Pazer*, *Kadma Pſikatum*.

§. 7. *Merca Mahpachatum*, in voce polyſyllaba ſemel aſſumit Servum *Jerach ben jomo*; quorſum referri forte poteſt, dum Merca Mahpachatum, alterum Accentum Mahpach, ad vocem praecedentem, ſervo notatam, rejicit c. 1. §. 17.

Pſ. 5: 11. מִמֹּעֲצוֹתֵיהֶם *a conſiliis ſuis.*

Pſ. 8: 3. יִסַּדְתָּ עֹז *fundaſti robur.*

§. 8. *Athnach*, Servum adſciſcit ordinarium Munach inferiorem, in voce non laborante.

Job. 27: 7. אֹיְבִי *Hoſtis meus.*

§. 9. *Rhebia* ſimplex in voce polyſyllaba *Mahpach Sarkatum*, admittit.

Pſ. 20: 6. בִּֽישׁוּעָתֶ֗ךָ *in ſalute tua.*

Job. 6: 10. נֶ֝חָמָתִ֗י *conſolatio mea.*

§. 10. — *Kadma Pſikatum* & — *Mahpach* ſervus, concurrunt his in locis.

Pſ. 9: 17. נֽוֹדַ֨ע *Notus eſt.* Var. Lect. נֽוֹדַע

Pſ. 50: 16. וְֽלָרָשָׁ֨ע *& impio.*

Pſ. 65: 6. נֽוֹרָא֨וֹת *Tremenda.*

Pſ. 65: 9. וַֽיִּרְא֨וּ *& timebunt.*

Pſ. 106: 48. מִֽן־הָעוֹלָ֨ם *a ſeculo.*

Pſ. 146: 3. שֶׁ֨אֵ֨ין *Nam non.*

§. 11. — *Pazer* aſſumit ſervum — *Mahpach*, vel ut alii Codices habent — Jerach.

Pſ. 32: 5. אוֹדִֽיעֲךָ֮ *notum faciam tibi.*

Pſ. 65: 10. וַתְּֽשֹׁקְקֶ֮הָ֮ *& obibis eam.*

§. 12. Vox eadem ſervum habet — Munach in Ditione Athnachi, ſequente Minore — Tiphcha anteriori, ut tum conjungenda, tum diſtinguenda ſit vox unica.

Pſ. 86: 16. יְהֹוָ֑ה *Domine.* Var. cod.

Prov. 2: 12. לְֽהַצִּ֣ילְךָ *ad eripiendum te.*

Parall. Pſ. 106: 28. 109: 7. 119: 19. Prov. 2: 13, 16. c. 27: 7. Iob. 6: 18. c. 22: 4. c. 39: 26.

§. 13. Duo Servi concurrunt nonnunquam pro Mi-

Minimo, ut ֥ *Munach*, ֥ *Merca*, & ֖ *Tiphcha non anterior*.

§. 14. *Munach* & *Tiphcha* in Ditione Silluci Diſtinctivum Minimum efficiunt, quem Munach Tiphchatum diximus, c. 4. §. 12. uterque autem in eadem voce ſimul apparet, ֣ *Munach* in tono, ֖ *Tiphcha non anterior* loco Accentus Euphonici.

Pſ. 45: 15. מוּבָאוֹת *adductae*. Pſ. 72: 4. וִידַכֵּא *& contundet*. Prov. 1: 31. וּמִמֹּעֲצֹתֵיהֶם *& a conſiliis eorum*.

Parall. Pſ. 25: 4. 51: 11. 77: 13. 104: 23. 105: 9. 119: 142. 138: 7. 145: 4. Prov. 3: 17. c. 13: 10. c. 22: 22. Job. 12: 19. c. 17: 11. c. 22: 4. c. 28: 17. c. 29: 5. c. 31: 12. c. 33: 16. c. 37: 8.

Notandum tamen quoſdam codices impreſſos ut Clodii, his in locis retinere Metheg, Baſileenſis tamen exhibet ֖ Tiphcha non anteriorem. Vide c. 4. §. 13.

§. 15. ֣ *Munach* in Ditione Athnachi c. 6. §. 7. aſſumit itidem ſervum in eadem voce, alium *Munachum inferiorem* ֣.

Pſ. 18: 16. מִגַּעֲרָתְךָ *prae increpatione tua*.

§. 16. ֣ *Munach* adſciſcit aliquando ֤ *Mahpach* dum eſt altera pars Munach Munachati. c. 6. §. 7. c. 12. §. 4.

Pſ. 146: 5. שֶׁאֵל יַעֲקֹב *cui Deus Jacobi*.

§. 17. *Merca* ſimili ratione cum ֤ *Mahpach* conjungitur aliquibus in locis: ut

Pſ.

Pſ. 50: 3. יָבֹא *Veniet.*

Pſ. 68: 21. הָאֵל *Deus.*

Pſ. 84: 4. מָצְאָה *invenit.*

Pſ. 68: 36. נוֹרָא *Terribilis.*

§. 18. *Merca* ֥ & ֣ *Munach*, in una voce quandoque apparent.

Pſ. 94: 9. הֲנֹטַע אֹזֶן *An plantans aurem.*

Parall. Prov. 10: 10. c. 11: 26. c. 14: 31. c. 17: 19. c. 22: 10, 16.

Adde Prov. 11: 27. c. 12: 1. c 17: 14. c. 19: 17. c. 20: 25. c. 25: 23. c. 29: 18.

Maſora ad vocem אהב Prov. 17: 19. notat, hanc duplici accentu bis occurrere, ubi tamen, loca non affert. Videtur reſpicere ad Prov. 12: 1. ſed ibi codices quoque noſtri variant.

C A P. X V I I.

ANALYSIS ACCENTUATIONIS METRICAE.

§. 1. Conſecutio Accentuum Metricorum cum ordine fiat, Analyſi quoque ſubeſt, ut ſingula orationis membra, & Accentuum Ditiones immediatae vel mediatae, clarius innoteſcant.

§. 2. Quo Analyſis rectius & felicius procedat, ſingularum periodorum voces, quae Accentum habent Tonicum, ſunt numerandae, initio, ab ultima periodi voce, quae Sillucum habet cum Soph pa-

paſuc, facto, & ſic progrediendo ordine retrogrado ad primam totius periodi vocem, ut c. 3. §. 1. dictum eſt. Voces vero per Maccaph vel expreſſum vel implicitum cohaerentes, c. 1. §. 23. eodem numero, vel repetito poſito, vel plane omiſſo, erunt denotandae.

Job. 11. 14. אִם־אָוֶן בְּיָדְךָ הַרְחִיקֵהוּ וְאַל־תַּשְׁכֵּן בְּאֹהָלֶךָ עַוְלָה׃ *Si vanitas in manu tua eſt, longius remove illam: & ne habitare ſinas in tentoriis tuis, iniquitatem.*

Haec periodus ſex conſtat vocibus, quae Accentu tonico gaudent, quarum tertia & ſexta per Maccaph expreſſum conjungunt duas voces, unde & idem numerus, his vocibus per Maccaph conjunctis, repetito imponitur.

§. 3. Numeratis ita vocibus, in Accentus eſt inquirendum, & primo quidem, tum Servus ſi adſit, tum omnes Diſtinctivi, qui Sillucum immediate reſpiciunt. c 2. §. 9. ſunt attendendi: Servus cum conjungat, diſtinctionis nota non indiget, Diſtinctivi autem cum diſtinguant, nota aliqua, lineola perpendiculari ſcilicet inter duas voces poſita, erunt denotandi, & finita ſcriptura vocis, quae Diſtinctivo aliquo gaudet, haec nota | adjicienda erit.

§. 4. Diſtinctivis, qui in ſecunda vel tertia a Silluco voce primi adſunt, denotandis, unica li-

Digitized by Google

neola adhibeatur, quae ſi plures Diſtinctivi adſint, ordine multiplicanda erit, ut ſecundus a Silluco diſtinguens Diſtinctivus, duabus ||. tertius tribus |||. quartus ſi adſit, quatuor lineis ||||. deſignetur, ultimo vero loco, Silluco adſcribantur tot lineolae, quot in integra periodo ſunt Diſtinctivi accedente Silluco; ad ſummum ||||| quinque, vel |||| quatuor, in periodo magna, vel tres ||| vel duae || in periodo minore. v. g.

1 2 3 4

I. Job. 11: 1. וַיַּעַן צֹפַר הַנַּעֲמָתִי | וַיֹּאמַר׃ || *Et reſpondit Zophar ex Naama, & dixit.*

1 1 1 2 3 4 5 6

II. Pſ. 99. 2. יְהוָה בְּצִיּוֹן גָּדוֹל || וְרָם הוּא | עַל־כָּל־הָעַמִּים׃ ||| *Jehova, in Tzione magnus eſt, & altus ipſe, ſupra omnes populos.*

2 3 4 5 6 7.

III. Pſ. 3. 6. אֲנִי שָׁכַבְתִּי וָאִישָׁנָה ||| הֱקִיצוֹתִי || כִּי יְהוָה |

1

יִסְמְכֵנִי׃ |||| *Ego cubavi & dormiebam: evigilavi, nam Dominus, ſuſtentabit me.*

11 11 12 12 13 14 15

IV. Pſ. 127. 1. שִׁיר הַמַּעֲלוֹת לִשְׁלֹמֹה |||| אִם־יְהוָה לֹא־יִבְנֶה

2 3 4 4 4 5 5 6 7 8 9 10

בַּיִת שָׁוְא עָמְלוּ בוֹנָיו בּוֹ ||| אִם־יְהוָה לֹא־יִשְׁמָר־עִיר || שָׁוְא | שָׁקַד

1

שׁוֹמֵר׃ ||||| *Canticum Graduum, Salomonis. Si Dominus non aedificaverit domum, fruſtra operabuntur aedi-*

dificatores ejus: ſi dominus non cuſtodiverit urbem, fruſtra, excubias aget cuſtos.

§. 5. Inventis ac diſpoſitis hac ratione lineolis omnibus, ſingulorum Diſtinctivorum Ditio immediata erit praefixa, quae vel unica voce conſtabit, ut in exemplo III. vox 4. vel duabus per ſervum conjunctis, ut in II. voces 2. 3. in III. voces. 2. 3. vel tribus, ut in I. voces. 2. 3. 4. in II. voces. 4. 5. 6. in III. voces. 5. 6. 7. vel pluribus, denuo diſtinguendis per Subdiſtinctivos cuivis Ditioni proprios. ut in IV. voces 6--12.

§. 6. Subdiſtinctivi cujuſvis Ditionis, reſpectum habent immediatum ad ſuum Diſtinctivum, a quo voces numerantur denuo, & Subdiſtinctio prima denotabitur per ' lineolam unicam, quae infra vocem non deſcendit, distinctionis gratia; hac ratione. Pſ. 3: 6. ||| אֲנִי שָׁכַבְתִּי ׀ וָאִישָׁנָה

Si duo pluresve Subdiſtinctivi in Ditione alicujus Diſtinctivi adſint, ſecundus denotabitur lineola integra cum dimidia |', tertius duabus integris lineis cum dimidata hunc in modum ||'. v. gr. Pſ. 78: 4. לֹא נְכַחֵד מִבְּנֵיהֶם ׀׀ לְדוֹר אַחֲרוֹן ׀׀ מְסַפְּרִים ׀ תְּהִלּוֹת יְהוָה ||

Haec Ditio Athnachi eſt octo vocum, tribuſque Subdiſtinctivis in 3. 4. & 6. voce gaudet.

§. 7. Subdiſtinctivis ſingulis abſolutis, tum videndum erit num alii adeſſe debeant, vel libere adſint Denuo-Subdiſtinctivi: c. 2. §. 12. Adeſſe autem debent, ſi tres voces per Maccaph non cohaerentes, vel plures ſuperſint, quibus Accentus tonicus ſit addendus.

§. 8. Subdiſtinctivis his ſecundi ordinis indicandis, eadem adhibeatur linea dimidiata, ſed infra vocem diducta, & ſi plures Subdiſtinctivi adſint, illi ſemper adjiciatur lineola integra ǀ, ǁ, & ſic porro. Exempli gratia:

8 9 10 11 12 13 14 15

Pſ. 1: 1. אשרי האיש ǀ אשרי ǀ לא הלך ǀ בעצת רשעים ||| ובדרך

1 2 3 4 5 6 7

חטאים ǀ לא עמד || ובמשב לצים | לא ישב: ||||

I. Ditio Silluci mediata continet voces numero 15. ad vocem tertiam lineola | occurrit, quae denotat primum Diſtinctivum in tertiam vocem incidere: poſt 5. habemus || duas lineas, quae indicant ſecundum Diſtinctivum adeſſe; ad nonam ||| tres lineae occurrunt, quae ſignificant tertium ab Silluco Diſtinctivum locum habere; plures lineae non adſunt, niſi quod poſt Sillucum cum Soph paſuc |||| quatuor occurrant, indicantes in hoc verſiculo quatuor Diſtinctivos eſſe; adeoque hanc periodum ſe-

ſecundum c. 3. §. 15. eſſe periodum magnam, & pertinere ad N. IV. §. 15. ejuſdem c. 3.

II. Ditio Silluci proxima, eſt duarum vocum per ſervum c. 4. §. 3. conjunctarum.

III. Vox 3. & 4. ſunt Ditionis Rhebia Gereſchati, qui ſervum habet ordinarium c. 7. §. 2.

IV. Quinta 6. 7. 8. vox Ditionem Athnachi abſolvunt: Hinc Subdiſtinctionem poſtulant. c. 3. §. 5. quae in vocem 7. quae ab Athnacho eſt tertia incidit, & ꞌ lineola denotatur.

V. Voces 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. ad Ditionem Merca Mahpachati in voce 9. apparentis pertinent, quae bis ſubdiſtinguitur, primo in voce 11. ſecundo in voce 14. Vox 11. eſt a voce 9. numeranda tertia ordine, hinc Subdiſtinctivus notatur per ꞌ, c. 17. §. 6. Vox 14. habet ‖ notam appoſitam lineolam cum dimidia, indicium ſecundum adeſſe Subdiſtinctivum in voce ab 9. numerando ſexta, hinc adeſt c. 5. §. 16. Accentus Subdiſtinctivus ordinarius Magnus, cum ſervo in 15.

VI. Reſtat Ditio Subdiſtinctivi in vocibus 11. 12. 13. quae denuo ſubdiſtinguenda, & hic quidem in 13. occurrit Subdiſtinctivus denuo, ut c. 10. §. 6. quem innuit lineola dimidiata ad inferiora producta ꞁ. Idem de reliquis eſto judicium.

§. 9. His notis adhibitis, a poſteriori vera A-

nalyſis Logica dicta, colligitur hunc in modum.

§. 10. Primo quaerantur lineolae plures; v. gr. loco memorato ad vocem 1. adſunt |||| quatuor, ad vocem 9 vero tres; & hi erunt termini generales, quibus tota periodus in duas partes aequales dividitur. Prius hemiſtichium immediate ſub Merca Mahpachato, poſterius ſub Silluco, ad Ditionem Merca Mahpachati comprehenditur.

§. 11. Dein ſingula hemiſtichia ſeorſim, eodem modo, per dichotomiam ſecanda veniunt, Accentuum ductu: ita ut lineae numero plures in eadem Ditione, Subdiſtinctionem primam indicent, quae iterum ſi vocum numerus id poſtulet, eſt ſubdiſtinguenda, donec nihil ſuperſit amplius.

§. 12. Tum in Diſtinctivi Majoris, vel ejus vices tenentis Magni, vel Minoris, vel Minimi Ditione, pari modo & ratione agendum eſt. v. gr. in allato exemplo in Ditione Merca Mahpachati vocum 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. poſt vocem 14. adhibetur || indicium prius hemiſtichium in hac voce 14. in duas partes dividi, poſterior pars cum complectatur voces 9. 10. 11. 12. 13. iterum per dichotomiam reſolvitur in voce 11. quae cum tres reſiduas habeat voces, denuo ſubdiſtinguitur in voce 13.

§. 13. Quod ad Diſtinctivum Summum Sillucum attinet, qui ſemper poſteriori hemiſtichio immediate

Digitized by Google

diate praeceſt, illius Ditio pari modo diſtinguitur, & quidem ut lineolae integrae ſolummodo hic attendendae ſint.

§. 14. Ubi Diſtinctivi praeter Sillucum tres ſunt, ut in allato exemplo, poſterius membrum, quod ad tertium Diſtinctivum extenditur, per ſecundum Diſtinctivum, duabus lineis denotatum, iterum diſtinguitur.

§. 15. Remanentibus autem pluribus vocibus diſtinctis, de nova Subdiſtinctione cogitandum eſt.

§. 16. Atque ita in allato loco, Ditio Athnachi, vocibus 5. 6. 7. 8. comprehenſa, in duas diſpeſcitur partes, ut voces 7. & 8. priorem conſtituant partem, qninta autem & ſexta, ſecundam efficiant, quarum neutra ulterius ſubdiſtinguenda eſt, quia nullae voces, niſi per ſervos conjunctae, adſunt praeterea.

§. 17. Idem quoque de Ditione Silluci, quatenus ſe ad Athnachum excluſive extendit, ſtatuendum eſt; haec enim pars poſterior, cum voces 1. 2. 3. 4. complectatur, neceſſario diſtinguenda eſt, id quod lineola | integra voci 2. & 3. interjecta oſtendit, qua data diſtinctione, vox ſecunda cum prima, uti quarta cum tertia, conjunguntur per ſervos proprios.

§. 18.

§. 18. Omnibus Diſtinctivis & Subdiſtinctivis ita abſolutis, de vera Analyſi & perfecta, nullum reſtat dubium. Id ſolummodo tum attendendum eſt, ut pars quaelibet aptis efferatur terminis, & ad ſe invicem ſingulae referantur partes, id quod Logica docet cum ratione adhibita.

§. 19. Speciminis loco periculum faciamus, & a poſteriori Analyſin inſtituamus illius verſiculi, hunc in modum.

PSALM. 1. VS. 1.

5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

אַשְׁרֵי הָאִישׁ אֲשֶׁר לֹא הָלַךְ בַּעֲצַת רְשָׁעִים. וּבְדֶרֶךְ חַטָּאִים לֹא עָמָד

1 2 3 4

וּבְמוֹשַׁב לֵצִים לֹא יָשָׁב׃

Diſpoſitio Analytica ſecundum Accentus haec erit:

1 2 3 4 5 6 7

I. אַשְׁרֵי הָאִישׁ אֲשֶׁר לֹא הָלַךְ בַּעֲצַת רְשָׁעִים

1 2

A. אַשְׁרֵי הָאִישׁ

1 2 3 4 5

B. אֲשֶׁר לֹא הָלַךְ בַּעֲצַת רְשָׁעִים

1 2 3

a. אֲשֶׁר לֹא הָלַךְ

1

1. אֲשֶׁר

2. לֹא

1 2
2. לֹא הָלַךְ

1 2
b. בַּעֲצַת רְשָׁעִים׃

1 2 3 4 5 6 7 8
II. וּבְדֶרֶךְ חַטָּאִים לֹא עָמָד וּבְמוֹשַׁב לֵצִים לֹא יָשָׁב׃

1 2 3 4
A. וּבְדֶרֶךְ חַטָּאִים לֹא עָמָד

1 2
a. וּבְדֶרֶךְ חַטָּאִים

1 2
b. לֹא עָמָד

1 2 3 4
B. וּבְמוֹשַׁב לֵצִים לֹא יָשָׁב׃

1 2
a. וּבְמוֹשַׁב לֵצִים

1 2
b. לֹא יָשָׁב׃

§. 20. Haec data Analyſis, ſecundum Accentuum ductum indicata, his hypotheſibus innititur demonſtranda.

§. 21. Pars prima I. in voce 9. רְשָׁעִים terminatur, quia haec vox Accentum habet poſt Sillucum maximum, c. 3. §. 21. & novum numerandi voces conſtituit principium.

§. 22. Subdiſtinctio I. A. fit in voce 14. הָאִישׁ ob Accentum Rhebia, qui eſt in Ditione Merca

Mahpachati Magnus, c. 5. §. 15. & Ditionem habet duarum vocum.

§. 23. Subdiſtinctio I. B. ipſo Merca Mahpachato terminatur, quia is in hac Ditione eſt terminus ad quem, ſeu prima vox c. 3. §. 2. & porro diſtinguenda eſt, quia quinque voces reſtant.

§. 24. Tum I. B. a. indicatur per Sarka, qui eſt Merca Mahpachati proprius Minor, c. 5. §. 7. & habet I. B. a. 1. ex c. 10. §. 6. unicam vocem & I. B. a. 2. ut terminum ad quem.

§. 25. Denique I. B. b. ultimus remanet terminus non ulterius diſtinctus, quo poſterior pars I. b. abſolvitur §. 19.

§. 26. Pars ſecunda II. a voce 8. וּבֵרֵךְ incipit, quoniam hanc, in nona voce excipit Diſtinctivus, qui primam partem terminat; atque in voce 1. יֹשֵׁב quae Sillucum habet ſortitur finem. c. 3. §. 1.

§. 27. Subdiviſionis nota eſt II. A. in voce 5. עָמָד quae Athnachum habet, qui inter omnes Diſtinctivos hujus partis, poſt Sillucum eſt Magnus, hinc majorem Subdiſtinctionem format, in partis poſterioris portione priore. II. A.

§. 28. Quae cum quatuor ſit vocum, iterum ſubdiſtinguenda eſt, & vox tertia חַטָּאִים quae Minorem habet Athnachi ex c. 6. §. 11. 13. diſtinguit II. A. a. Ipſe vero Athnach cum ſuo ſervo c. 6. §.

2.

2. finem imponit toti Ditioni Athnachi, & ſic efficit II. A. b.

§. 29. Reſtat partis ſecundae pars altera, II. B. quae ſub Silluco quatuor habet voces iterum ſubdiſtinguendas. c. 3. §. 5.

§. 30. Adeoque in voce tertia, cum ſit Diſtinctivus Minor Silluci, ſecundum c. 4. §. 21. qui vocem quartam ſibi habet conjunctam cum ſervo, efficit illam portionem denotatam. II. B. a. ſeu priorem, hujus poſterioris, partem.

§. 31. Sillucus cum ſervo c. 4. §. 4. reſtat, ut ultimus terminus, adeoque erit. II. B. b. ſeu poſterioris partis, portio ultima, non amplius dividenda per Accentus. Q. E. D.

§. 32. Ordinem Accentuum hic obſervatum, videmus manu nos ducere, ad illam Analyſin Logicam eruendam, quam, ſi ſeria accedat meditatio, ipſi conceptus ſequuntur facile, id quod ad praeſens non ſpectat inſtitutum.

§. 33. Ita vidimus totam periodum in genere diſtinctam & interpunctam, Accentuum ope, & Ditiones oſtendimus ſingulas, nunc quoque voces ſingulas & Accentus illis ſubjectos, ſecundum praemiſſas regulas examini ſubjiciemus, quo & a poſteriori vera accentuandi ratio pateſcat ad praxin revocata.

§. 34. Vox prima N. 1. inſignita c. 3. §. 1. c. 17. §. 2. eſt יֵשֵֽׁב׃ quae habet Accentum Silluc cum Soph paſuc : ֽ qui eſt Accentus tonicus, c. 1. §. 5. N. 1. figurae compoſitae, c. 1. §. 11. quarum altera (:) Soph paſuc, ſedem habet immobilem finita voce, §. 13. altera Silluc, linea recta perpendicularis ſedem habet mobilem, §. 14. in tono vocis, ab Accentu Euphonico Metheg, cum quo figura convenit, probe diſtinguendus. §. 25. Eſt vero Diſtinctivus ſeu Dominus, c. 2. §. 5. N. 1. ordine Summus, c. 2. §. 9. N. 1. qui ſemper ultimam paſuci vocem, ſolus tenet, c. 3. §. 20. adeoque neceſſario ponitur. Vox Silluci eſt laborans, quia ante tonum non habet duas ſyllabas, ſed tantummodo unicam, c. 1. §. 26. Ipſe vero Sillucus toti verſiculo praeeſt. c. 4. §. 1.

§. 35. לֹ֣א Eſt vox a Silluco proxima, numero ſecunda, Accentum habens tonicum Munach ֣ inferiorem dictum, c. 1. §. 5. N. 1. §. 6. qui eſt ſimplex figura, c. 1. §. 10. conjunctivus ſeu ſervus, c. 2. §. 6. N. 5. qui vocem ſuam, cum voce Domini ſui conjungit, c. 2. §. 4. ſervit vero Silluco c. 2. §. 13. N. 2. & quidem neceſſario, quia vox, cui Munach adjicitur, eſt monoſyllaba, & ante tonum nullam habet ſyllabam, c. 4. §. 5. pertinet autem hic ſervus, ad Ditionem Silluci immediatam, c. 4. §. 5. & ſedem habet propriam in voce ſecunda. c. 3. §. 6.

§. 36.

§. 36. לָיִם Vox ordine a Silluco Summo numeranda tertia, Accentum accipit tonicum, Rhebia gereſchatum, ֞ c. 1. §. 5. N. 4. qui eſt ſuperior, §. 7. figurae compoſitae, §. 11. ex Rhebia ֗ quidem, qui locum toni tenet, & Gereſch, ֜ qui quantum poteſt longiſſime recedit, §. 19. dignitate Diſtinctivus, c. 2. §. 5. N. 4. vocem tertiam a voce ſecunda diſtinguens, & Diſtinctivus Minor quidem, c. 2. §. 9. N. 4. in Ditione immediata Silluci, ordinarie ſecundam vel tertiam, a Silluco vocem tenens, c. 3. §. 23. hic tertiam occupat ordinarie c. 4. §. 21. novum numerandi, voces Ditionis ſuae, conſtituens principium c. 3. §. 2. ut §. 19. II. B. a.

§. 37. וּבַכִּשָּׁב Vox a Silluco quarta, a Rhebia gereſchato ſecunda, Accentu inſignita eſt tonico ֥ Merca, c. 1. §. 5. N. 12. qui eſt ratione ſitus, inferior §. 6. ratione figurae, ſimplex, dignitatis, ſervus ſeu conjunctivus, c. 2. §. 6. N. 1. vocem, cui ſubeſt, cum voce, quae in ordine accentuationis praeceſſit, conjungens: Servit ergo immediate ſub ֞ Rhebia gereſchato, c. 2. §. 13. N. 1. tanquam ſervus ejus ordinarius, c. 7. §. 2. mediato jure vero ſubeſt Silluco.

§. 38. עָמָד Vox ordine quinta a Silluco, Accentum conſequitur tonicum, Athnachum, c. 1. §. 5. N. 3. ſitu, inferiorem, §. 6. figura, ſimplicem, §. 10. dignitate, Diſtinctivum, c. 2. §. 5. N. 3. & quidem Magnum,

c. 2. §. 9. N. 3. qui immediate ſub Silluco eſt, ſedem habens in voce quarta quintave a Silluco, c. 3. §. 22. Ordinarium Silluci Magnum, c. 4. §. 23. qui neceſſario hic adeſt, quia praeceſſit in tertia Rhebia gereſchatum ⸗ Minor, & in voce 9. adhibetur Major, nullus autem Diſtinctivorum, in eadem Ditione Silluci, repeti poteſt. c. 3. §. 11. Hic Magnus aliquot vocum Ditionem conſequitur, §. 19 II. A. ut c. 17. §. 14. Vox ejus eſt laborans c. 1. §. 26.

§. 39. לָא Vox a Silluco ſexta, ab Athnacho ſecunda, Accentum habet tonicum ֣ Munach: vide §. 35. Servit autem hic Munach, immediate Athnacho, c. 2. §. 13. N. 2. & quidem ordinarie, quia tertia, ab Athnacho, vox, habet Minorem, c. 6. §. 2. non Magnum, & ſic pertinet ad §. 19. II. A. b.

§. 40. חֲטָאִים Vox a Silluco ſeptima, ab Athnacho tertia eſt, Accentus tonicus ejus eſt ֖ Tiphcha anterior, c. 1. §. 5. N. 7. Accentus, inferior, §. 6. ſimplex, §. 10. ſedem immotam ſervans in initio vocis ante omne punctum, §. 13. a Tiphcha poſteriori, cum quo figura convenit, ſede differt; dignitate eſt Diſtinctivus ſeu Dominus, c. 2. §. 5. N. 7. ordine Subdiſtinctivus primus Minor, c. 2. §. 11. N. 3. in Ditione immediata Athnachi, Minor ordinarius, in voce ab Athnacho tertia. c. 6.

§.

§. 11. & 13. ipſe quoque Ditionem conſequitur. §. 19. II. A. a.

§. 41. וּבְדֶרֶךְ Vox a Silluco octava, ab Athnacho quarta, a Tiphcha anteriori ſecunda, Accentum agnoſcit — Munach inferiorem, ut §. 35. 39. qui hic ſervit immediato jure Tiphcha anteriori, ordinario modo, ut c. 11. §. 2. mediate prius ad Athnachum & hoc mediante ad Sillucum refertur.

§. 42. רְשָׁעִים Vox a Silluco nona, Accentu gaudet tonico — Merca Mahpachato, c. 1. § 5. N. 2. figura, compoſito, & ſitu tali, ut — Merca infra vocem in tono, Mahpach ſuperne, in proximam ſyllabam recedens, ponatur, c. 1. §. 16. dignitate, Diſtinctivus c. 2. §. 5. N. 2. & quidem Major, c. 2. §. 9. N. 2. in Ditione Silluci immediata, c. 3. §. 21. qui hic neceſſario ponitur, c. 4. §. 33. partim, quia Magnus praeceſſit, partim quia Magnus eouſque non aſcendit, & ſic conſtituit primam totius verſus partem. c. 3. §. 21.

§. 43. בַּעֲצַת Vox a Silluco decima, a Merca Mahpachato ſecunda, Accentum ſortitur tonicum, — Jerach ben jomo; c. 1. §. 5. N. 18. infernum, §. 6. ſimplicem, § 10. ſervum, c. 2. §. 13. in Ditione immedita Merca Mahpachati, c. 2. §. 13. N. 5. illius ordinarius c. 5. §. 2. ad portionem pertinet. §. 19. I. B. b.

§. 44. הָלַךְ Vox a Silluco undecima, a Merca Mah-

Mahpachato tertia, agnoſcit Sarka, Accentum tonicum c. 1. §. 5. N. 6. ſuperiorem, §. 7. ſimplicem, §. 10. qui ſedem habet immobilem in ultima litera, §. 13. dignitate, Dominum c. 2. §. 5. N. 6. ſubdiſtinguentem primum Minorem, c. 2. §. 11. N. 2. in Dinetio immediata Merca Mahpachati, c. 5. §. 6. ordinarium, & proprium in voce ejus tertia. §. 7.

§. 45. לֹא Vox a Silluco duodecima, a Merca Mahpachato quarta, a Sarka ſecunda, ad cujus immediatam Ditionem pertinet, ut ſervus ejus extraordinarius, quia vox eſt monoſyllaba c. 10. §. 3. ipſe Accentus eſt ֥ Merca, de quo vide §. 37. §. 19. pertinet ad I. B. a. 2.

§. 46. אֲשֶׁר׀ Vox eſt a Silluco tertia decima, a Merca Mahpachato quinta, a Sarka tertia, ad quem immediate ſpectat: Accentus illius eſt tonicus Mahpach cum Pſik, c. 1. §. 5. N. 11. compoſitus, ut Mahpach locum toni inferne teneat, §. 14. Pſik vero ad latus, finita voce, ſcribatur, §. 15. diſtinguit ut Dominus c. 2. §. 5. N. 11. Subdiſtinctivus ſecundi ordinis Minor vel Minimus, c. 2. §. 12. N. 4. immediate in Ditione ֮ Sarka, c. 10. §. 5. 6. & mediante Sarka, ſub Merca Mahpachato, & ſic demum ſub Silluco, totius verſus Summo. Efficit §. 19. I. B. a. 1. unius vocis Ditionem.

§. 47. הָאִישׁ Vox a Silluco quarta decima, in Di-

Ditione Merca Mahpachati, c. 17. §. 19. immediata, eſt ſexta. Accentus ejus tonicus eſt Rhebia, c. 1. §. 5. N. 5. ſuperior, §. 7. ſimplex, §. 10. tonum vocis ſequens, §. 14. diſtinguens, c. 2. §. 5. N. 5. ut Subdiſtinctivus primi ordinis Magnus, in Ditione Merca Mahpachati, quem immediate reſpicit; c. 5. §. 15. adeſt vero neceſſario, quia in tertia, ֒ Sarka Minor jam praeceſſit, in ſexta autem, nova Diſtinctio eſt facienda, ergo aderit Dominus ejuſdem ordinis Subdiſtinctivus alius, qui cum remotior ſit a ſuo termino immediato, erit Magnus, qualis eſt hic Rhebia, qui partem conſtituit, §. 19. I. A. duarumque vocum Ditionem complectitur, non ulterius diſtinguendam.

§. 48. אַחֵ֥ר Vox a Silluco ultima, a Merca Mahpachato ſeptima, a Rhebia ſecunda eſt. Accentu gaudet tonico ֥ Merca, inferiori & ſervo, c. 17. §. 37. qui hic eſt in Ditione Rhebia ſimplicis, c. 2. §. 13. N. 1. illius ordinarius, c. 9. §. 3. in voce ſecunda. Plurimi Codices hic habent ֣ Munachum inferiorem, manifeſto errore & vitio, cum ille nunquam in Ditione Rhebia ſimplicis pro ſervo occurrat. c. 9. §. 9.

§. 49. Tota periodus eſt Magna, c. 3. §. 13. quatuor Diſtinctivorum; ſummus enim, c. 2. §. 9. N. 1. Minor, c. 2. §. 9. N. 4. Magnus, c.

2. §. 9. N. 3. & Major, c. 2. §. 9. N. 2. hic adſunt, qui etiam ad illam periodum magnam conſtituendam requiruntur, ut obſervavimus c. 3. §. 15. IV.

ADDENDA AD CAP. XII.

§. 10. *Merca* in Ditione Rhebia Gereſchati, ſubdiſtinguens praeſente Athnacho, c. 7. § 3. (*a*) in voce a Merca ſecunda habet –֥ Merca, & Ditione duarum vocum ut plurimum contentus eſt, rarius autem ad trium vocum Ditionem excreſcit.

§. 11. *Merca Mercatum* trium vocum Ditionem nactus, primae –֥ Merca ſimplex, ſecundae –֦ *Merca cum Sarka* compoſitum, tertiae vero communem Minimorum –֤ *Mahpach* imponit.

Pſ. 66: 20. אֲשֶׁ֤ר לֹֽא־הֵסִ֥יר תְּפִלָּתִ֗י *qui non removit, preces meas.*

Pſ. 18: 1. בְּי֤וֹם הִצִּֽיל־יְהוָ֦ה אוֹת֥וֹ מִכַּ֥ף *quo die eripuit Dominus eum, e manu.*

§. 12. Abſente Athnacho idem –֥ *Merca* in eadem Rhebia Gereſchati Ditione, aſſumit –֖ *Tiphcha* non anteriorem, in voce proxima, c. 7. §. 3. (*b*.) accedente autem voce tertia adeſt –֤ Mahpach pro Minimo, qui etiam compoſitionem c. 1. §. 18. ſi fieri poteſt admittit.

Pſ.

Digitized by Google

Pſ. 47: 8. כִּי מֶלֶךְ כָּל־הָאָרֶץ *Nam, Rex totius terrae.*

Pſ. 73: 1. אַךְ טוֹב לְיִשְׂרָאֵל *Certe, bonum Iſraëli.*

Pſ. 129: 7. שֶׁלֹּא מִלֵּא כַפּוֹ *Ut ne impleat, volam ſuam.*

Pſ. 119: 52. זָכַרְתִּי מִשְׁפָּטֶיךָ מֵעוֹלָם *Memor fui judiciorum tuorum, a ſeculo.*

§. 13. *Merca Tiphchatus*, rariſſime quatuor vocum Ditionem conſecutus, in tertia diſtinguenda, adhibet Minorem ⏗ Kadma Pſikatum, praevio ſervo ⏗ Mahpach in quarta.

Pſ. 68: 36. הוּא נֹתֵן עֹז וְתַעֲצֻמוֹת *Ipſe dans, robur & vires.*

Job. 38: 2. מִי זֶה מַחְשִׁיךְ עֵצָה *Quis hic eſt, obtenebrans conſilium.*

Niſi haec loca aliter reſolvere velis, ut duplex adſit Minor, in Ditione Rhebia Gereſchati, Minimus ſcilicet, & Minor ſimul, ut in Ditione Silluci. c. 4. §. 22. & Athnachi. c. 6. §. 14.

§. 14. Extraordinarius Minimus in Ditione Rhebia Gereſchati, eſt ⏗ *Mahpach* cum *Sarka* compoſitionem admittens, ejuſve vices gerens ⏗ *Munach ſuperior*, c. 7. §. 4. qui Ditionem trium vocum nactus, ſecunda diſtinguenda, tertia vero conjungenda, adhibet in ſecunda ⏗ Schalſcheleth, in tertia ⏗ Mahpach, vel ſimplex vel compoſitum

 cum

cum Sarka. ut c. 12. § 9. in Ditione Minimorum Athnachi accidit. Sunt vero loca ſequentia.

Pſ. 34: 8: חֹנֶה מַלְאַךְ־יְהוָה סָבִיב *Caſtra metatur angelus Domini, circum circa.*


Pſ. 68: 15: בְּפָרֵשׂ שַׁדַּי מְלָכִים *Quum expanderet omnipotens, Reges.*

Pſ. 137: 9. אַשְׁרֵי שֶׁיֹּאחֵז וְנִפֵּץ *Bene ſit illi qui prehendet, & allidet.*

TABULA

Minimorum Athnachi & Rhebia Gereſchati.

Serv. Minim. Min. Magn.



FINIS.

INDEX

INDEX
RERUM ET VERBORUM.

Dum duo adſunt Numeri prior Caput poſterior Paragraphum denotat. Unico autem dato, paragraphus Capitis proxime memorati indicatur.

A.

Accentuatio Metrica quae, I: 3. duplex XVI: 1. ordo XVI. 4.

Accenſus quid I: 1. conjungunt tantum duas voces III: 5.

Accentus Metrici duplicis generis I: 4. compoſiti. II. duplex I: 22. rarior in metricis XVI. 2. ejus ſedes XVI: 3. Euphonicus I: 25. inferni 6. inferni & ſuperni ſimul 8. Lateralis 9. ſimplices 10. ſuperni 7. Tonici 5.

Accentuum Officium II: 1, 2. ordo I: 2. ſedes fixa I: 13. mobilis I: 14, 15.

Analyſis accentuationis XVII: quomodo inſtituenda XVII: 23.

Analyſis Logica ſecundum Accentus, XVII: 19.

Analyſis Pſ. I. v. 1. XVII: 19. &c.

Athnach Diſtinctivus Magnus III: 9. N: 3. IV: 23. VI: 1.

C.

Compoſitio fieri poteſt. I: 18.

Compoſitus Accentus duas voces tenens. I: 17.

Conjunctivi, vide Servi.

D.

Dignitas Accentuum. II: 9, 11.

Diſtinctivi ſeu Domini. II: 2. diſtinguuntur. 8.

Diſtinctivi κατ' ἐξοχὴν dicti. II: 9.

Diſtinctivorum termini. III: 19 ſeq. officium. II: 3. ordo. III: 9. IV: 9. praecellentia. III: 10.

Ditio. III: 3. immediata. 4, 5. mediata. 4. Silluci immediata. IV: 2, 9.

Domini. vid. Diſtinctivi.

J.

Jerach Servus. II: 6, 13. N. 5. V: 2. XIII: 2. in Accentuatione duplici. XVI: 7.

Interpunctio? III: 1, 2.

K.

Kadma Pſikatum Denuo-ſubdiſtinctivus. XV: 1. in Accentuatione duplici. XVI: 6, 10. Minimus Athnachi. VI: 10. Rhebia Gereſchati. VII: 7. Silluci. IV: 15, 18. Minor Munach Tiphchati. VIII: 6. Pazer. XIII: 4--7. Rhebia. IX: 13 — 16. Sarka. X: 7, 8. Tiphcha anterioris. XI: 6 — 9.

L.

Laborare & non laborare. I: 26.

M.

Maccaph lineolae officium. I: 23, 24. III: 7. implicitum. I: 24.

Magna Periodus varia. III: 15.

Magnus Diſtinctivus. II: 9. N. 3. III: 22. Subdiſtinctivus. II: 11. N. 1. V: 13. VI: 16. VII: 9. Denuo-ſubdiſtinctivus. II: 12. N. 1, 2. IX: 17. X: 9. XI: 10. XII: 9. XIII: 1.

Mahpach Minimus Merka Sarkati. XII: 8. Munach Munachati. XII: 4, 6.

Digitized by Google

6. Munach Tiphchati. VIII: 5. Pazer. XIII: 5. Rhebia. IX: 10. Rhebia Gereſchati. VII: 4. Tiphcha anterioris. XI: 4.
Mahpach Servus. II: 6. XIII: 4 in Accentuatione duplici. XVI: 10. Kadma Pſikati. XV: 2, 3. Merca Mahpachati. V: 3. Merca Sarkati. XII: 8. Munach Munachati XII: 5. Pazer. XIII. 2. XVI: 11. Rhebia. IX: 2, 5-7. Schalſchelet. XIV: 2.
Mahpach Pſikatum Denuo-ſubdiſtinctivus. II: 12. N. 4 Minimus Athnachi. VI: 9. Kadma Pſikati. XV: 8. Merca Pſikati. XII: 7. Munach Tiphchati. VIII: 5. Pazer. XIII: 3. Rhebia Gereſchati. VII: 4. Sarka. X: 6. Silluci. IV: 15--17. Tiphcha anterioris. XI: 4, 5. Minor Rhebia. IX: 11.
Mahpach Sarkatum Minimus Munach Tiphchati. VIII: 5. Rhebia Gereſchati. VII: 4.
Mahpach Sarkatum Servus. II: 6. N. 4. in Accentuatione duplici. XVI: 9. Kadma Pſikati. XV: 2, 4. Munach Munachati. XII: 5. Munach ſuperioris. VIII: 11. Schalſchelet. XIV: 2.
Mahpach Sarkatum venit loco Munach ſuperioris. IV: 14.
Major Denuo-ſubdiſtinctivus. IX: 21. Diſtinctivus. II: 9. N. 2. III: 21. IV: 30. V: 1. ſeq. Periodus. III: 14. Subdiſtinctivus Athnachi. VI: 20. Rhebia Gereſchati. VII: 12.
Merca quibus ſerviat. II: 13. Servus Athnachi. VI: 3. Kadma Pſikati. XV: 5, 6. Merca Mahpachati. V: 4. Rhebia. IX: 2.-4. Rhebia Gereſchati. VII: 2. Silluci. IV: 3, 4.
Merca & Mahpach in eadem voce. XVI: 17. & Munach. XVI: 8.
Merca Mahpachatum Diſtinctivus Major. II: 9. IV: 30. V: 1. Dominus in Accentuatione duplici. XVI: 6, 7.
Merca Mahpachati ſedes ratione ſyllabae. I: 16, 17. ratione vocis. III: 21. IV. 30--33.
Merca Mahpachati Subdiſtinctivi. V: 5. communis. 12. proprius. 6.
Merca Mercatum Minimus Rhebia Gereſchati VII: 3.
Merca Pſikatum Minimus Athnachi. VI: 8. XII: 7.
Merca Sarkatum Minimus Athnachi. VI: 8. XII: 8. Servus. II: 6. Athnachi. VI: 4. Rhebia Gereſchati. VII: 2. Silluci. IV: 6, 7.
Merca Tiphchatum Minimus Athnachi. VI: 8. Rhebia Gereſchati. VII: 3.
Minimus Diſtinctivus. II: 9. III: 24. IV. Subdiſtinctivus. II: 11. N. 4.
Minor Diſtinctivus. II: 9 N. 4 ſedes. III: 23. IV: 19. Subdiſtinctivus. II: 11. N. 2, 3.
Munach inferior Minimus Tiphcha anterioris. XI: 3.
Munach inferior ſervus. II: 13. Athnachi. VI. 2. in Accentuatione duplici. XVI: 8. ſervus Rhebia erroneus. IX: 9. Sarka. X: 2. Silluci. IV: 3, 5. Tiphcha anterioris. XI: 2.
Munach inferior cum Mahpach in eadem voce. XVI: 16. & Tiphcha anteriori. XVI: 12.
Munach ſuperior Minimus Athnachi. VI: 8. Munach Tiphchati. VIII: 5. Rhebia Gereſchati. VII: 4. Silluci. IV: 14. VIII: 9.
Munach ſuperior ſervus. II: 13. Kadma Pſikati. XV: 2, 5. Munach Munachati. XII: 5. Munach ſuperioris. VIII: 10. quandoque diſtinguit. VIII: 12. Rhebia. IX: 8. Schalſchelet. XIV: 3. Silluc. IV: 6, 8.
Munach Munachatus inferior, Minimus Athnachi. VI: 7. XII: 3. horum al-

Digitized by Google

alter ſervit priori. ibid. occurrit in eadem voce. xvi: 15. vi: 7.
Munach Munachatus ſuperior Minimus Silluci. iv: 11, 14 viii: 9. horum alter ſervit prior. viii: 10.
Munach Tiphchatus Minimus Silluci. iv: 11, 12. viii: 1. occurrit in eadem voce. iv: 13. xvi: 14.

N.

Numerus vocum. xvii: 2, 34-48.

O.

Ordo quo Diſtinctivi veniunt. iii: 9. quo voces numerandae. iii: 1. xvii: 2.

P.

Pazer Denuo-ſubdiſtinctivus. ii: 12. xiii: 1. in Accentuatione duplici xvi. 6, 11. Magnus Athnachi. vi: 21. xiii: 1. Munach Tiphchati. viii: 8. Rhebia. ix: 17-20. xiii: 1. Rhebia Gereſchati. vii: 13. xiii: 1. Sarka. x: 9-12. xiii: 1. Tiphcha anterioris. xi: 10-13. xiii: 1.
Pazer repeti poteſt. ix: 21.
Periodus Metrica. iii: 12. Magna iii: 13-15. Minor. iii: 16, 17. Minima. iii: 18.
Pſik Accentus lateralis. i: 9.
Pſik Kadmatum, vide Kadma Pſikatum.
Pſik Mahpachatum, vide Mahpach Pſikatum.
Pſik nonnunquam excidit. i: 21. xiii: 4.

R.

Rhebia in Accentuatione duplici. xvi: 6, 9.
Rhebia Subdiſtinctivus magnus. ii: 11; ix: 1. Athnachi. vi: 15-19. Merca Mahpachati. v: 12-16. alternat cum Sarka. v: 8. 12. Rhebia Gereſchati. vii: 9-11.
Rhebia repeti poteſt. v: 17. vi: 20. vii: 12.
Rhebia Gereſchatum Diſtinctivus Minor. ii: 9. iv: 19. vii: 1. vitioſe ſcribitur abſque Gereſch. i: 20.
Rhebia Gereſchati ſedes ratione ſyllabae i: 19. ratione vocum. iii: 23. iv: 19-22. Subdiſtinctivi minimi. vii: 3, 4, 5.
Repeti qui nequeant Accentus. iii: 11 vel poſſint aut debeant. v: 11, 17. vi: 20. vii: 12. ix: 21.

S.

Sarka Subdiſtinctivus Minor Merca Mahpachati. ii: 11. v: 6. x: 1. repeti poteſt. v: 11. ſedes ejus ratione vocum. v: 6-10. ter antecedit Rhebia. v: 8.
Schalſchelet Subdiſtinctivus ſecundi ordinis ii: 12. xiv: 1. magnus Kadma Pſikati xv: 10 Merca Sarkati. xii: 9. Munach Tiphchati. viii: 7. Minimus Rhebia Gereſchati. vii: 4.
Sedes Accentuum Tonicorum. i: 12. mobilis in tono. i: 14, 15 fixa. i: 13.
Sedes Euphonici. i: 25. Diſtinctivorum. iii: 20-24. Servorum. iii: 6.
Servi ſeu Conjunctivi. ii: 6. certis Dominis ſerviunt. ii: 13. conjungunt tantum duas voces. iii: 6.
Servorum officium. ii: 4. ſedes vox ſecunda. iii: 6.
Silluc a Metheg differt. i: 25.
Silluc cum Soph Paſuc. ii: 7. Diſtinctivus Summus. i: 9. iv: 1.
Silluci Diſtinctivi. ii: 9. Minimi viii. 1. horum ſedes. iii: 24. iv: 10, 11, 15. Ditio immediata quae. iv: 2. ſedes. iii: 20. ſervi. iv: 3--8.
Subdiſtinctivi qui. ii: 10. primi & ſecundi ordinis. ii: 11, 12.
Subdiſtinctivi nonnulli repeti poſſunt. iii: 11.

T.

Tiphcha anterior Subdiſtinctivus Minor. ii: 11. xi: 1. Minor Ath-

Athnachi. VI: II: 14. Rhebia Gereſchati. VII: 6-8.
Tiphcha non anterior quibus ſerviat. II: 13. diſtinguit quandoque. VIII: 4. Minimus Kadma Pſikati. VIII: 13. XV: 9. Merka Pſikati. XII: 7.
Servus Munach Tiphchati. VIII: 2.

V.

Voces, quo ordine numerandae. III: 1. XVII: 2.
Vocum qualitas. I: 26. IV: 4

ERRATA.


Leviora L. B. facile corriget; ut וּ loco וֹ aliquoties poſitum, Punctum Dageſch rarius omiſſum, & ſi quae alia. Graviora autem quae inter relegendum occurrerunt hic notamus.

P. 23. l. 1. ſecunda voce. *lege* ſecundam vocem
24. l. ult. Deo eſt. *dele* eſt.
29. l. 6. ſuo *adde* Selah.
l. 12. vocem. *adde* c. 3: §. 22.
31. l. 3. קָדְשְׁךָ *lege* קָדְשֶׁךָ
42. l. 1. חָנְנִי *lege* חָנֵּנִי
45. l. 26. quinta ſextave voce. *lege*, quintam ſextamve vocem
58. l. 1. וַיִּרְדֹּף *lege* וַיִּרְדֹּף
71. l. 22. c. 10. *lege* c. 11.
72. l. 22. בָּרֻן *lege* בָּרוּךְ
78. l. 12. *poſt* ſit *adde:* monoſyllaba aut
84. l. 20. כְּשָׁעִים *lege* רְשָׁעִים
87. l. 7. לַיהוָֹה *lege* לַיהוָֹה
120. l. 6. Dinetio *lege* Ditione

Digitized by Google

ABULA
ATIONIS METRICAE.

Diſtinctivi Minimi. Ordinarii.	Extraord.	Diſtinct. Minor.	Diſtinct. Magn.	Diſtinct. Major.



Digitized by Google

00365 3736
Digitized by Google

Digitized by Google